Plutarch
Vitae Ill.
lat.

BNCF
Manoscritti
Conv. Soppr.
B
III
874

Camaldoli
n.° 874.







H°. 674. B. 3.

Vita pyrri . c . 1
^ Ciceroniſ uita c 31 ^ P. emilij uita . c . 17
Catoniſ uita c . 51
Demoſteniſ uita . c 77
. m . Antonij uita c 86
Graccorum uita . c 121 . c 120
. Q . ſertorij uita . c 137

Conductus fuit M. de Sax. Ex hereditate bernardi de medicis.

Thesprotis et molossis post diluuium phaetonta primum impera
sse tradunt unum ex his qui pelasgo in epyrum transierant.
Alij uero deucalionem et pyrham ad dodonem profectos in molossis resedis
se putant. Sequenti uero tempore Neoptholomus achillis filius in ea loca populo
deducto regionem tenuit: ac successores reliquit reges pyrrhidas ab eo
conominatos. Nam et sibi et pyrrho fuit puerile cognomen: et unum ex legip
timis filiis ex Lanaxa cleodey susceptis pyrrum nominauit. Ex hoc autem achilles
in epyro ut deus colitur: lingua eorum aspetus nuncupatus. Sed qui medii
usque ad tarcitam reges fuerunt nec satis noti sunt et barbaris effrenatos
moribus fuisse tradunt. Tharcitam uero primum scribunt grecis moribus lit
terisque et humanis legibus ciuitates composuisse atque exinde claritatem
tharcita filius fuit alcethas. Alcethe Arimbas. Arimbe et troadis Eacides. hic
phitiam Memnonis thessali filiam uiri circa lybiacum bellum clari et su
mi omnium sociorum post leustenem auctoritatis uxorem accepit. Ex qua
Deidamiam et troadas filias ac pyrum procreauit. Seditione uero exorta
eacideque exacto cum molossi neoptholomi filios reduxissent eacidi amici
interfecti sunt quotquot remanserant. Pyrrhum autem infantem adhuc ab ini
micis quesitum Androclides et Angelus clam subtractum asportauerunt
paucos seruos et nutricem pueri secum trahentes. Cumque fuga ob huiusmodi
turbam que necessario trahebatur laboriosa ac tarda foret: hostesque actuen
tarent: puerum Androcleo et hyppio et neandro adolescentibus fidis et ro
bustis tradiderunt iubentes ut in megaram locum macedonie propera
rent. Ipsi autem partim repugnando partim rogando usque ad uesperam persequen
tes remorati sunt. Deinde celeriter uestigia eorum qui pyrrum ferebant prose
quti cum prope iam putarent omne periculum euasisse subito impedimentum ob
iectum est fluuij qui iuxta urbem labitur grauis quidem uisu ac transire co
nantibus asper omnino et insuperabilis. Ingens enim ac turbidus recenti pluuia

BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE FIRENZE MSS

fluebat. noxque formidabiliora magis omnia faciebat. diffisi igitur per se ipsos puerum et mulierem traducere posse: hominibus quibusdam ultra flumen commorantibus flumen ostendentibus clamore auxilium postulabant. At illi ob strepitum et fragorem aquarum exaudire vocem nequibant: eratque mora quedam ac trepidatio horum clamantium illorum percipere quid clamor sibi vellet non valentium. Donec quis querno cortice ex arbore dempto indigentiam ac fortunam pueri perscripsit et saxo alligato trans flumen proiecit. Quidam autem dicunt tragulam et cum tragula compactum corticem iaculasse. postquam hi qui trans flumen erant lectis litteris quantam celeritatem tempus exigeret cognoverunt ac forte evenit ut primus eorum qui transierat achilles nomine pyrrhum susciperet. alios item alii ut casus tulit detulerunt. pyrrhum iam periculo insequentium evitato et Illyricum ad glauciam regem pervenerunt. In cuius presentia cum puerum exposuissent: atque ipse glaucias ob metum Caxandri quem eacide inimicum fuisse sciebat deliberabundus aliquamdiu perstaret pyrrhus humi reptans et glaucie pedibus sese admovens et adprehensa veste ad genua ei consurgens risum prius deinde commiserationem excitavit quasi precator et lacrimas salutem suam glaucie commendaret. tradunt quidam non glaucie vestem sed aram deorum a puero adprehensam: que cum res divina glaucie videretur non solum eum suscepit et una cum filiis educavit: sed et filiam ei uxorem tradidit: nec querentibus inimicis nec ipsi Caxandro ducenta pollicenti talenta puerum dare voluit ac duodecim annorum factum copiis in epyrum traductis in regnum patrium eum constituit. Fuit autem pyrrho tremendi magis quam moderati principis aspectus: nec plures h[illegible] habuit dentes sed unum atque integrum os desuper quasi levibus quibusdam rimulis indentium figura distinguebantur. splene laborantibus mederi videbatur. galli sacrificio albi facto et resupinis iacentibus dextero pede pressis nec quisquam adeo vilis aut adeo pauper erat cui huiusmodi auxilium postulanti denegaret. premium vero huius medele post sacrificium factum

tragula

No[ta]

gallum capiebat idque iocundissimum erat. Ferunt ei pedis maiorem digi- digitus pyrrhi
tum uim quandam habuisse diuinam. Itaque cum eius mortui reliquum corpus
crematum esset digitus ille integer illesusque ab igne permansit. Sed hec
postea. Septimum decimum etatis annum agens cum regnum stabilissime
tenere uideretur: forte euenit ut cum uno ex glaucie filiis cum quo simul
educatus fuerat qui tunc uxorem acceperat proficisceretur eo absente regno priuatur
molossi rursus insurgentes amicos pyrri expulerunt: ac regia gazza di-
repta se neoptholomo tradiderunt. Sic igitur regno spoliatus ac desertus
ab hominibus ad Demetrium Antigoni se contulit. Nam demetrius uxorem demetrius
deidamiam pyrri sororem habebat quam adhuc paruam Alexandro roxanes deidamia
promissam rebus illius fractis iuste iam etatis demetrius iam accepe-
rat. In magna uero illa apud hipseum pugna ab omnibus regibus tere certatum
est. pyrrus adfuit tunc admodum adolescens ac pro demetrio pugnans: ho-
stes aduersum se constitutos in fugam uertit: conspicuusque inter pugnato-
res longe apparuit. Victum autem demetrium non deseruit: sed et urbes grecie
ei fideliter custodiuit et fedus cum ptholomeo inito obses pro demetrio in
egyptum nauigauit. postquam uero in egyptum peruenit sepe in gymnasiis uenatio-
nibusque audacie ac fortitudinis opera regi ostentando et beronicem
quam maxime potentem inter coniuges regias uirtute prestare uidebat
egregie obseruando colendoque promeruit ut inter multos regios adolescentes
prelato Antigona beronices filia ex philippo antequam ptholomeo nupta foret suscep-
ta, sibi uxor traderetur. Fuit autem pyrrus ut despector inferiorum sic
potentiores commodi sui causa adire promptus. post has uero nuptias et magis
quam antea claruit et adiuuante uxore ut cum copiis et pecuniis in epyrum
pro recuperatione regni mitteretur obtinuit. Fuit autem ei in epyrum aduen-
tus multis gratus ob neoptolomi odium qui grauiter uiolenterque regnabat: ue-
ritus tamen ne ad aliquem potentiorum regum neopthólomus conuerteretur: fe- fedus inter pyrrum et
dus cum eo firmauit super regni societatem. Sed procedente tempore non de- neoptolomum
erant qui clam eos irritarent et alterutrum in suspitionem adducerent
Que tamen causa maxime pyrrum commouit tale principium habuisse. Mos erat

in passarone. regibus in passarone. Is e.n. molossidis regionis locus iovi pugnaci quot annis
sacra facere. ibiq iusiurandu epyrrotis prestare recipereq: hi secundu le-
ges se gubernaturos regnum: illi regia potestatem legiptime conservaturos
promittebant. Aderant ad hec peragenda ipsi reges munera capientes
Gelon donantesq. In his itaq gelon quidam neoptholomi ipsius fidus: pyrrum
benigne adiens duobus boum iugis eum donavit. Hos boves Mir-
Mirthinus tinus qui vino preherat a pyrro postulavit. pyrrus ei donare noluit: sed
alteri concessit. quod cu graviter ferret Mirthinus capta hinc occasione ge-
lon ipsum ad cenam vocat suadetq ut susceptis neoptholomi partibus vene-
no pyrrum necare aggrederetur. Sed mirthinum cum sibi placere ostendisset
polliceturq facturum: cuncta ut erat pyrro suggessit. At ille cupiens
Alexicrates rem a pluribus esse notam ut sic redargui clarius posset, Alexicreatem
poculorum magistrum participem facinoris accersiri iubet. Quo facto et
gelone per mirthinum traducto cum ipse gelon per hunc modum deciperet neop
tolomus falsa spe ductus et insidias recte procedere credens rem non
Cadmia conticuit. Sed cum letitia ad amicos protulit et apud sororem Cadmiam
aliquando exhilaratus de his rebus loquacitate usus est cum audiri se
a nemine putaret. nullus .n. aderat preter phanaretem uxorem Sammo-
nis magistri pecoris. que versa ad parietem in lectulo quodam dormire
phanaretes videbatur. Sed phanaretes omnibus auditis postridie ad antigonam pyrri
Antigona uxorem cuncta que neoptolomum dicentem audierat detulit. pyrrus
ergo his cognitis tunc quietem egit. Sed paulo post ad cenam vocatum neop
neoptholomi mors tholomum occidit intellecta epyrrotharum voluntate quorum magnam partem
sibi favere sentiebat iubentes anticiparet neoptolomum de medio tollere.
nec parte regni contentus foret. Sed iam sua maiora flagitantem seque
retire. post hec memor beronices et ptholomei filium suum natum ex Antigona
ptholomeum et urbem in chersoneso epyri a se conditam beronicidam no-
minavit. Dehinc cum multa et magna concepisset arctius propinquis maxime
Antipater intenderet macedonie se inseruit. per hunc modum. Antipater primus ex
Casandri filiis thessalonicam matrem necavit: et Alexandrum fratrem
regno expulit. hic ad demetrium misit petens auxilium et simul pyr-

cum uocauit. Sed demetrium aliis negociis remorantibus superueniens pyrrus [demetrius]
societatis premium petiit nimpheam urbem et maritimam macedonię [Nymphea urbs]
oram: subartarum uero gentium ambratiam et carnaniam et amphilo-
chiam quibus abadolescente concessis ea pyrrus loca presidiis suis fir-
mauit: reliqua uero ab Antipatro subducere et alexandro acquirere precepit.
At lisimachus cupiens quidem antipatro succurrere: sed aliis impedi- [Lisimachus]
mentis prohibitus litteras ptholomei nomine cui nihil denegare pyr-
rum sciebat falso transmisit: per quas postulabat ut pyrrus trecentis ta-
lentis abantipatro acceptis exercitum deduceret. Eas litteras
cum dissolueret pyrrus statim fallatiam animaduertit. Non enim scriptum erat
ut consueuerat pater filio salutem. Sed ptholomeus rex pyrro salutem
Lisimachum itaque iurgatus cum nihilominus pax ei placeret ac eius
firmande causa reges conuenissent porco tauro et ariete sacrificij
causa adductis. aries ipse repente nulla adhibita opera mortuus est
ob quod signum licet abaliis derisum pyrrus firmare pacem noluit: [theodorus aruspex]
monitus atheodoro aruspice: per hoc uni mortem ex tribus regibus portendi
Sic igitur infecta pace cum res Alexandri stabilitatem iam accepissent. De- [Demetrius]
metrius aduenit et quem non indigente nec uocante tunc Alexandro ueni-
ebat suspectus statim fuit eius aduentus. paucis denique diebus una com-
morati insidias alterutri tendere ceperunt: sed preuenit demetrius adole-
scenteque obtruncato rex macedonię appellatur. Erant et prius deme-
trio aduersus pyrrhum querele et discursiones quedam ex thessalia
facte. innatusque potentiis cupiditatis morbus uicinitatem suspectam
insidiasque faciebat: presertim post deidamię mortem. Tunc itaque
macedoniam ambo obtinentes et in idem permixti maiores discordia-
rum occasiones contraxerunt. Cum igitur demetrius fines etholorum
ingressus superasset: panthauco duce cum parte copiarum ibidem relicto [pantaucus dux]
aduersus pyrrum contendit. Nec secus pyrrus ubi hęc audiuit contra
illum properauit. Sed cum diuersis itineribus procederent ab inuicem transie-

runt. Demetrius quidem in epyrum et predam abduxit. pyrrus usque
adea loca in quibus panthaucus erat progressus pugnam consecutus. Ma
gnum fuit in eo prelio militum certamen. Sed maximum ipsorum ducum.

Singulare certamen pyrrhi cum panthaco

Nam panthacus audacia robore et arte pugnandi omnes qui apud deme
trium erant sine controversia antecellens magnitudine animi et fiducia
virtutis adductus pyrrum in singulare certamen provocauit. Ipse autem pyrrus
nulli inferior et achillis gloriam per virtutem magis quam per genus sibi usur
pare studens per ante signarios adversus panthacum discurrit. Infestis ita
que hastis primo concurrerunt. deinde cominus vi atque arte gladiis ute
bantur. Tandem pyrrus accepto quidem uno vulnere. duobus vero in hastis
abiecit panthacum prosternitque non tamen interficit. amicis illum rapientibus
Et pyrote ob victoriam regis exultantes: eiusque virtutem admirati pha
langem macedonum perfregerunt. fugientesque persequuti multis cesis

quinquemilia

quinquemilia macedonum viva ceperunt. Hec pugna non tamen hodij
ac inimicitie adversus pyrrum pro his que passi erant macedonibus
obtulit quantum glorie et admirationis virtutis ei prestitit. His
qui presentes in prelio pugnam eius conspexerant acritate vultus et ve
locitate manuum persimilem magno Alexandro pyrrum exi

pyrrus alexandro persimilis

stimantibus: visque illius ac procelle pugnandi quasi umbras et imita
tiones quasdam conspexisse alios reges purpura ac satellitibus
et iactatione cervicis occupatos esse. solum pyrrum armis et
virtute magnum Alexandrum referre aiebant. Et sane quanta
peritia rei militaris fuit in pyrro ex his que in ea faculta
te scripta reliquit intelligi potest. Ferunt Antigonum interroga

Antigonus

tum quis ducum optimus sibi videretur: respondisse pyrrum si sene
sceret omnium sue etatis ducum sibi optimum videri. Sed hic etatis sue

Anibal

dumtaxat eum pretulit. At Anibal carthaginensis omnium omnino
ducum primum peritia et sagacitate pyrrum Scipionem secundum

pyrrus et Scipio

se tutum iudicauit ut in scipionis uita perscripsimus. Hanc uō disciplinā
semꝑ uigilantissime meditatus fuisse pyrrus uidetur: ut omniū scien- Militaria regis officia
tiarum maxime congruentem. Ceteras uō nihil extimasse. Quodā aūt
loco phiton an caphisias melior sibi musicus uideretur interrogatus dicit͂
respondisse. polysperon dux sibi melior uideri qĩ ea dūtaxat regem querẽ
et intelligẽ deceret. Fuit aūt pyrrus mitis ac facilis promptus uō et li- mores pyrri
beralis ad gr̃ãs reddendas. Eropi mortem ꝑmoleste tulit: illū quidem hu- Liberalitas pyrrhi
mana perpessum affirmans. Ceterum se ipm̃ cruciare improbū ducẽ
q̃ differendo ac tardando gr̃ãm uiuenti non rependerit: credità ut
uidetur pecuniā heredibus creditorū solui licet: at gr̃ãs nisi scientibꝫ
his quibus debentur persoluat uir honestus et gratus offenditur. Ex De Maledico
ambracia ut quendā maledicum pelleret ꝑcantibus respondit: potĩ nō dictum
apud paucos illic manens q̃ circuiens apud multos de nobis obloquatur. Quos-
dam qui prudentiam uerbia ĩ eum iactarent ad se postea deductos ro-
gauit an illa actū sese dixissent: respondente uō quodam ex ipis ita ō facete dictum
rex et et dixissemus si plus uini adfuisset. ridens pyrrus statī eos im-
punes dimisit. Uxores potentię ac regum gr̃ã multas accepit post An-
tigone mortem. Nam et Autoleontis pannonie regis filiam: et Urcen-
nam uarchillij illyrici et lanassam agathoclis siracusani dotem afferen-
tem corcyre ab agathocle captā. Ex antigona quidem ptholomeum. ex
lanassa uō Alexandrum ex Urcenna elenum suscepit omnes manu pro-
ptos ac bello feroces statim a pueritia adipiū ĩnutritos. Dicitur cuidā
ex filiis puero ad patrem roganti cuiuā regnum relinqueret respō-
disse ei ex uobis qui gladium acutiorẽ hẽbit. Sꝫ hoc nihil differt ab illa
tragica detestatione acuto ferro diuidant fr̃es domum: sic inhumana et
fera cupiditas regnandi est. post hanc pugnam pyrrus cum magna
gloria et celebritate nominis ac letitia ĩ epyrum reuersus cum aquila
ab epyrotis salutaretur: per uos inquit aquila sum qui me urĩs armis
tanq̃ aliis in altum extulistis. Deinde cū audisset demetriū egrotarẽ cele-
riter macedoniam q̃ predam abacturus ingressus parum abfuit qn

totum regnum adquireret usque ad Essam: non profectus est nemine obuiam prodeunte. Multis uero ad eum deficientibus ac iuuantibus donec ob magnitudinem periculi demetrius contra ualitudinem suam excitatus et pdures ac familiares copiis contractis aduersus pyrrum surrexit. Ille aut quia magis predatoria manu quam exercitu uenerat non substinuit: sed fugiens partem copiarum paruam amisit: non tamen quia faciliter eum repulerat Demetrius ideo pyrrum contempsit. Sed cum statuisset res magnas aggredi et patrium recuperare imperium et ad hec centum milia militum et quingentas naues compara1ret non uoluit cum pyrro bellando tempus terere: nec uicinum grauem impigrumque macedonie hostem relinquere. Sed pacem cum eo firmauit ut contra alios reges uadere posset. Facta igitur pace cum magnitudo apparatus ac mens demetrii simul conspiceretur conterriti reges plurimas ad nuptios pyrrum sollicitabant miarari se affirmantes si facultatem nocendi preclare natus eam dimittat: et cum ipsum ab his bellis occupatum perturbatumque macedonia expellere possit tempus expertet quo cum illo aucto potentia ac uacuo ceterorum impedimento cum pro aris ac focis molossorum decertet: presertim qui nuper sibi corciram et uxorem abstulerit. Nam lanaxa pyrro infensa quod aliis uxoribus magis deditus uideretur in corcyram abiit Demetriumque quem maxime indulgentem mulieribus audierat ad nuptias uocauit. Ille ueniens uxorem lanaxam accepit et corcyram suis presidiis occupauit. Hec reges ad pyrrum scripserunt et simul ipsi dum circa apparatus belli demetrius immoratur res nouare ceperunt. Nam ptholomeus magna classe grecas adiens urbes a demetrio eas deduxit. Lysimacus uero superiorem macedonie partem per traciam ingressus populauit: et simul pyrrus insurgens beroeam inuasit ratus quod euenit Demetrium contra lisimacum obuiam euntem inferiorem macedonie partem sine presidiis reliquisse. Ea nocte uisum est pyrro se ab Alexandro magno uocari: atque ad eum iacentem conspicere: uerbisque humanis et amicabilibus recipi: et cum inter cetera diceret Alexander: auxilium se pyrro impigre laturum: fretus

audacia pyrrus et qua ratione inquit imperator qui egrotus iaces me imitari poteris. Ad
hec alexander se uel nomine dumtaxat id facturum promittens equum ascendisse
ducemque se pyrro prestitisse uisus est. Hoc itaque somnium erexit pyrrum. Quo circa subi-
to exercitu traducto berriam inuasit: ibique parte copiarum relicta reliquos
sequi iussit. At demetrius his cognitis cum preterea in castris tumultum macedonum
cerneret: formidauit contra lysimachum exercitum ulterius ducere ne ob propi-
quitatem regis macedonis originem et gloriam hostis milites ad ipsum defi-
cerent. Itaque contra pyrrum utpote alienum et macedonibus perosum se conuertit.
Sed positis iuxta castris multi ex berria uenientes pyrrum laudibus extol-
lebant bello inuictum ac preclarum uirum: humanum uero ac benignum erga eos
quos uicisset predicantes. Submittebat quosdam et ipse pyrrus qui se ma-
cedones simulantes dicerent adesse tempus ut ex graui demetrij domi-
natu ad uirum benignum et amatorem militum transirent: hisque plerique macedo-
nes mentem prestabant: ac uidere pyrrum querebant. Pyrrus autem stabat
detracta casside: ac rursus eam capiti imponebat ut insigni hircinorum
cornuum nosceretur. Macedones thessaricam petere: alij quercinas sibi coronas
facere ceperunt: qui et pyrri milites ea fronde coronatos cernebant. Iam
quidam ipso demetrio dicere ausi erant ipsum recte facturum si cederet ac
regnum dimitteret. Itaque demetrius motum exercitus cernens: atque obid con-
territus clam aufugit causia quadam et simplici camisia subcinctus.
Pyrrus autem in castra receptus est: et rex macedonum appellatus. Sed adueni-
ente postea lysimaco et continuo suum opus demetrij profligationem predicante
ac diuidendum inter eos regnum censente quia non dum satis credebat macedonibus
pyrrus iusta lysimachi postulata regnum et urbes diuisit. Hoc tunc bellum distu-
lit. Sed paulo post senserunt non cessationem inimicitie sed indignationum ac discor-
diarum principium per diuisionem fuisse. Quorum enim non pelagus non montes non
deserta solitudo non qui asiam europamque diuidunt termini cupiditates
diffiniunt: eos se contingentes ac permixtos quiescere nullo modo est existiman-
dum. Sed pugnabant semper insidias atque inuidias ingenitas habentes. Pacis enim et
belli nominibus tamquam nummis ut contigerit utuntur non ad iustitiam sed ad comoditate-
tur meliores cum aperte bellum inferre fatentur quam cum iniuriarum

cessatione amicitiam uocant. Ostendit id pyrrus qui demetriū uires tanq̄ ex infir
mitate aliq̄ colligentem pro auxilio grecarū urbiū profectus. Nā cū athe
nas uenisset et arcem ingressus dee palladi sacra fecisset: atq3 eadem die
ex arce descenderet gratam inquit sibi fuisse atheniensium fiduciam
quā eos desē hrē cōspexerat. Ceterum si saperent nulli post hac regnū portas
aperirent. Deiñ cum demetrio pacem fecit ac paulo post illo in asiā
profecto rursus cū lysimacho in gr̄am reuerso thessaliam demetrio abstulit
melioribus utens macedonib3 i bello q̄ in pace. et ipse ocio nequaq̄ ad quie
tem natus tandem demetrio i syriam profligato lysimacus iā ceteris
bellis ociosus et quietē agens aduersus pyrrum contendit. Eūq3 apud
edessam supatū ad inopiam comeatum redegit: ac subinde p litteras et
nuptios ad principes macedonū scriptas p absurdū esse inquit si peregrinū
hoiem cuius maiores semp macedonib3 seruissent dnūz hrē ptenti. Alex
andri amicos familiaresq3 repellant. quib3 litteris cū multi cōmouerē
tur cōterritus pyrrus cum epyrotarū manu ac sociorū abiit. Ob
missa p eum macedonia modū p quē ana ipām quesierat. Unde ac
cusare populos adutilitatē suam se mutantes regibus licet. Nā populi
i hoc ipso reges imitantur pfidiarum ac proditionū magros qui eū ma
xime lucrari putant qui minē iustitia utatur. Tum itaq3 i epyrū amis
sa macedonia reuerso cū quiete et pace uiuē fortuna dabat. Sz ipē si nō
i ferret aliis nec ab aliis pateretur molestias nauseam ratus instar
achillis tollerare quietē nō potat: sz tabescebat aius illic manes pugnā
q3 et bellū cupiebat. Suscepit igitur nouarū rerū huiscemoi materiam
romani aduersus tarentinos bellum gerebant. Hi cum n bellū sub
stinē nec deponē ob supbiam ac prauitatem principum suorū uale
rent: pyrrum ducem ad bellum uocare statuerunt utpote inter ce
teros reges magis ociosum et rei militaris peritissimū: huic sententie
licet p maiores natu grauioresq3 resisteretur: tamē qui bellū cupie
bant et i contioib3 plus poterant strepitu et ui: audiri bonos et prudē
tes uiros non pmittebant. Quo in tempore quidam Meton noie uir

urbanus: et ipā die qua decretum de pyrro uocando sciscip populū debebat: et
multitudo in contione sederet accepta corona et lampade q̄si ebrius tibici-
ne ducente ludibundus ī contione puenit. Utqz sit ī turba populari aliis
applaudentibus aliis ridentibus et ut procederet ī medium inuitantibus proces
sit ille q̄si cantaturus. Sz ubi silentium nactus est Viri tarentini inquit bn̄
facitis qui iocari ac ludere uolentibus diutiret permittitis. Si tamen sapitis
cuncti hac libertate ludorum fruemini anteq̄ pyrrus adueniat. Nā tunc nō
nostro sz ipsius arbitrio uiuendū erit. Hec uerba multos ex tarentinis
cōmouerunt murmurqz fuit p contionem laudantium approbantiu
qz. Sz qui romanos timebant ne facta pace dederentur formidantes
populum increpauerunt q̄ ī honeste se deludi pateretur: et simul his
dictis Methonem contione propellunt. Decreto igr̄ p hunc modum
firmato oratores cū donis ad pyrrum transmittunt nō solū taren
tinorum uerum et italicorum qui dicerent se duce indigē sa
pienti et magne auctoritatis. Nā copias satis ī gentes sibi ī italia
adfuturas ex lucanis. mesappiis sannitibusqz equitū n. uigi
ti peditum trecenta quinquaginta milia habiturum. Hec n̄ solū
ipm pyrrum extulerūt: sz et epyrotis animum ad militiā fecerunt. Erat
quidam ex thessalia Cyneas uir magni ingenij et utpote q demo
stenis auditor fuerat ī imitatione ei tradictus maxime uincen
di illius assequi uidebatur. Hic apud pyrrum degens cū sepe ad ci
uitates transmitteretur uerū ee ostendit id Euripidis dictū. omia
conficit orō que hostile ferrū conficere nō pot. Naz pyrrus ipe di
cere solebat plures a cynea urbes q̄ a se armis ad urbes esse partas.
Itaqz ipm semp in honorem habuit maxime: eiusqz opa plurimū usus
est. hic igr̄ Cyneas pyrrū ad italiā inclinatum cernens nac
tus aliquā ociosum in huiusmodi sermonē adduxit. Egregij qdē bello
romani esse dicuntur multis qz bellicosis gentibus imperare. quod
si eos superare dij nobis dederint. quid tunc agemus pyrre. Ad hec
pyrrus. Haud quaquā obscura inquit o cynea percontaris neque

barbara .n. nobis neq greca ciuitas illic resiste ualeret romanis supatis
sz haberem̃ ↄfestim italiam totam cui magnitudinẽ et potentiã rere
ignorare minime arbitror. paruq ergo comoratus Cyneas. Erũ uõ
cũ italiã ↄpperimus inqt qd tũ agemus. Et pyrrus nõ dum uicte eius
ĩtellecta proxima inqt scicilia ẽ insula felix ac populosa: capi uõ fa
cilis ob seditiones ac discordias ciuitatũ. Recte dicis ĩquit: sz an fi
nis militię nobis erit scicilia cepisse. Deus uõ inqt pyrrus uictoriã
prestet. nã his ueluti preludiis utemur ad res maximas conficiendas
Quis .n. se lybia abstineat et carthagine quã nup Agathocles clam
syracusis profectus exigua classe paulo abfuit qn caperet. His aut̃
uictis nullus nobis resisteret hostis ita ẽ inquit Cyneas. Constat
.n. q et macedoniam recuperare et grecię dominari certissimẽ cũ
hac potentia licebit. sz partis omib ac subactis qd faciemus tandẽ.
Et pyrrus inqt ociũ agemus. et quotidiana festiuitate mutuisq s
monibus letitiaq pfruemur. Cum ad hec pyrrum adduxisset at qd
uetat o rex inquit quo minus ista letitia nũc et ocio pfruamur. ad
est quippe nobis sinẽ labore facultas eorum adque psanguinẽ molestias
et pericula nostra et aliorum puenturi simus. His Cyneas uerbis
turbauit potius regem q ab incepto retraxit spem eorumque in
ceperat deponẽ nequeuntem. primo igitur Cyneam cũ tribz milibz
militũ tarentũ misit: deinde multis ratibus et omifariam naui
giis ex tarento delatis et uiginti elephantos equitũ tria. peditũ ui
ginti tria milia funditores et sagittarios quingentos imposuit.
Hoc apparatu nauigans cũ mediũ teneret ionium rapitur uento
borea intempestiue exorto classis pmare disiecta: nauesq diuse
ĩ libicum ac syculũ pelagus delatę sunt alias supare nequeuntes
nox simul et procella ĩ loca aspera ceteraq illidens omns confregit pt̃
ter regiã nauem. Hec .n. nautarum et gubernatorũ magna
ui aduersus uenti impetum nitentiũ. tandem litus ũsus adigi
tur et dum obliquũ fuit uentum magnitudine ac robor resi-

ſtebat euadebatq;. Sȝ poſtq̃ a terra ueniens procella ferire proram cepit
ac periculum erat ne ſubſtineret et ſe mari ſeuienti uariiſq; agita
to uentis pmittẽ terribiliſſimũ omnium uidebatur. pyrrus ſeſe ĩ mare
ex naui deiecit: ſtatimq; circa ipm̃ familiarium amicorumq; erat cer
tamen. Sȝ nox et fluctus cũ magno fragore ac uiolentia opus diffici
le auxiliantibus faciebat. Itaq; uix tãdem luce exorta uento defici
ente ad terram puenit corpore quidẽ exausto penitus ſȝ robore aĩ inuic
to. Meſappi in quorũ littora euaſerat promptiſſime ad opẽ ferendã
conuenerant: et ſimul naues quędam pyrri tempeſtate ſupſtites
aduenerunt: in quibȝ erant equites perpauci peditum uõ circiter
tria milia. elephanti duo. Cum his itaq; copiis profectus militibȝ q̊q; a Cy
nea obuiã ductis tarentum intrauit: pmoq; tempore nihil inuitis
tarentinis agẽ cepit quoad nauibȝ ex mari ſeruatę copię conuenere.
tunc ãt uidens populũ ſua ſponte: nec ſeruare ſe ipm̃ nec ſeruari ab
alio poſſe: ſȝ tanq̃ illo propugnaturo domi ſedẽ balneis conuiuiiſque
ĩdulgentem clauſit gymnaſia et deambulatoria in quibus ſpatiantes
prorebus ũbis militabant: potus uõ et laſciuias ĩtempeſtiuas inibuit:
delectum hũit ita acrem ut multi imperium inſueti ferre ex urbe mi
grarent ſeruitutẽ uocantes nõ uiuẽ ad uoluptatem. Sȝ cũ Albinius ro
manorũ conſul cũ magno exercitu aduentante et iã lucaniã uaſtare
nũptiaretur q̃q; nõ dum aduenissent ſociorum copię: tñ indignũ ratus
id tollerarẽ pyrrus cũ exercitu obuiam progreſſus pmiſſo caduceatore
ad romanos ſi uellent añ bellũ ſe iudice et mediatore cuȝ tarentinis de
iure eãm decerni: reſponſo ãt a conſule dato romanos nec elegiſſe pyr
rum iudicem ñ formidare hoſtem tũc progreſſus int̃ pandoſiaȝ ur
bem aracliãq; caſtra poſuit. Ibi cũ audiret romanos trans flumen ſy
rum caſtra hr̃e ſecus ipm̃ amnem ſpeculandi cã obequitauit ordinẽ
q; et formã caſtrorũ cuſtodiaſq; et diſciplinã romanoruȝ admiratus.
Hec inquit barbarorum diſciplina barbara nõ eſt: ſȝ opam eorũ uide
bimus: ac de futuro iã ſollicitus expectarẽ ſocios ſtatuit ad uſus autẽ
romanos ſi forte tranſire amnem tentent ſtationem oppoſuit. At ro-

mani ut ille expertare decreuerat ſicilli preuenire feſtinantes tranſire flumẽ
ceperunt. Vado pediteſ pluribus ſimul locis. Itaq; greci metuentes ne cir-
cumuenirentur ſe retraxerunt. At pyrrus ut hec ſenſit turbatus duabus
pedeſtrũ copiarũ mandauit ut confeſtim armatos milites ĩ ordinib; con
tinerent. Ipſe aũt cũ trib; milib; equitũ profectus ẽ ſperans tranſeunteſ
adhuc et ſparſos romanos ſine ordine inuaſurum. Sz poſtq̃ clippeos multos
pro flumine ſtanteſ equiteſq; ĩ ordine obuiam prodire conſpexit: p̄mus in
hoſtes delatus armis atq; ornatu egregie inſignis gloriã et famã uirtu-
tis ſue rebus ſuis aſſecuit. Manus .n. et corpus exhibens p̃lio et ĩ hoſtes for
titer pugnanſ: prouidentiã tñ boni ducis non obmittebat. Sz ubicunque
auxilio opus erat accurrenſ rectis conſiliis bellũ gubernabat. In ea pu
gna Leonatus macedo uirũ italicũ ꝯſpicatus pyrro intentũ ſempq; ꝯſta
tem et ſimul mouentem: cernis inq̃t barbarũ illũ quẽ niger equus
pedib; albis portat. Is magnũ quiddam agitarẽ aĩo uidetur. nã te ſolũ
intuet᷒ et tibi ſoli intendit. Et pyrrus ad hec fata nemo pot. o leonate ef
fugere. Verum .n. nec iſte nec alius quiſq̃ in manib; nobis uenisse ga
udebit. adhuc loquebantur cũ italus citato equo infeſta haſta pyrrum
ĩuadit. Nõ tñ regem p̄cuſſit ſz equũ et ſimul a leonato ipſius equus p̄cuti
tur: amboq; iterum ceciderunt. Sz rex a ſuis protectus aſportatur: ita
lus uõ pugnanſ confoditur. Erat hic gñe ferentanus p̄fectus turme no
mine Oplacus. hoc docuit regẽ magis cauẽ. Itaq; cũ equites aſpiceret
impetum ferre nõ poſſe phalangem inſuper accitam oppoſuit ipſe clamide
et armis uni ex amicis traditis atq; illi aſſũptis ĩcognitus ad p̃liũ reditũ
reſiſtentib; aũt acriter romanis diu anceps fuit prelium. ſepties .n. di
cuntur repuliſſe ac pulſos eſſe. Nã p̄mutatio armorũ que ad ſalutẽ
regis plurimũ contulit: paulo minus rem ſubuertit uictoriamq; ho
ſtibus prebuit. certatim .n. ad eũdem ei qui arma regia geſtabat
cõcurſum ẽ. Sz an̄ omnſ dexter quidã nõie illũ proſtrauit: claſſide
que et clamide detracta ſe pyrrũ et ſpolia oſtentanſ ad conſulẽ
properauit. Erat ob hoc romanis letitia grecis uõ ſocordia atque

formido: donec pyrrus intellecta re paciem diſcurrens nudo capite ſe militibus o-
ſtendit. tandem uõ equus romanorũ ob elephantos conterritus ac ſeſſores ſui ef-
ferentibus ĩmiſſus a pyrro theſſalus equitatus romanos cum magna cede ĩfugã
uertit. Dioniſius nõ multo pauciores quindecim milibus a romanis cecidiſſe
ſcribit. Ieronimus ſeptẽ milia ſolum. Ex his aũt qui cũ pyrro erant dioniſius
tredecim milia. Ieronimus pauciores quattuor milibus cecidiſſe tradit. Opti
mos certe ex amicis et ex ducibus et quibus maxime utebatur. fidebatque pyr-
rus eo p̃lio amiſit: ſed tam castra romanorũ cepit illis deſerentibus et urbes
ſociorũ recepit ac regionẽ multã populatus ẽ. tantũ .n. proceſſit ut nõ am
plius trecentis ſtadiis roma abeſſet: poſt pugnã lucanorũ atque ſannitũ
copie ad eũ uenerunt: quos licet de tarditate rep̃henderit: tñ gaudere et ma
gnificare uidebatur quod ipẽ cum ſuis tharentinorũ dũtaxat magnũ roma
norũ exercitum ſupaſſet. Romani albinum non reuocarunt quoque dicãt
fabricium dixiſſe nõ romanos ab epyrotis: ſed albinum a pyrro ſupatum
fuiſſe: arbitratus nõ eſſe uictum exercitum: ſed ducem a duce arte ſupa
tum. Supplemento igitur hito et inſuper amplificato nũo militũ nulla mẽ
tio pacis a romanis facta ẽ. Que res ĩ admirationem pyrrum conũtit.
Viſum ẽ igitur pyrro ut priore ad eos mitteret experiretque an pa
cem uellent. Non .n. eſſe potentie ſue p̃rtis urbem romanã capẽ poſſe
amicitiã uõ et pacem glorioſam ſibi poſt uictoriam partã fore existi
mabat. Miſſus itaque Cyneas a rege cũ primoribus ciuitatis loquutus eſt:
donaque ipſis et eorum uxoribus traſmiſit. Accepit aũt nemo ſed reſpon
derunt omſuiri mulieresque ſi pax publice fieret ſua omĩa regi offer
re. In ſenatu uõ multa p̃clare et humaniter dicta ſunt a Cynea cũ
et liberatione captiuorũ et auxiliũ ad ſubigendũ italiam populo ro.
pyrrus offerret: ac pro his nihil aliud quam amicitiam ſibi tarentiniſque ſecu
ritatem poſtularet. et conſtabat complures ad pacem inclinari: uictos
iã ſemel magno prelio et ſecundam pyrri uictoriã obſup additas italico
rũ copias metuentes. cum Appius Claudius uir ampliſſimus quidẽ

cetum senectute ex orbitate oculorum a rei p. muneribus cessans auditis his
que a rege nuptiabantur ac rumore obtinente senatum pacem esse de
creturum tolerare non potuit: se in curiam deferri iussit. Latus igitur
in lectica per forum ubi ad ianuam curie peruenit filii simul et generi su
scipientes stipantesque in senatum duxerunt. Factum est silentium ad pre
sentiam tanti viri. ille autem ubi suo loco constitit ita dicere orsus est. An

Oro appij

tea quidem inquit patres conscripti hanc meam oculorum fortunam
permoleste ferebam: nunc autem doleo atque angor quod non ultra ce
citatem ipsam surdus etiam sum: ne turpes consultationes atque sententias
vestras que huius urbis gloriam subvertunt audire compellerer. Ubi
est illa iactantia quam crebro verbis usurpare soletis affirmantes
si magnus Alexander in italiam profectus nobiscum adolescentibus
aut cum patribus nostris iam florentibus conseruisset bellum nequaquam
nunc etiam invictum gloriam habiturum. Sed aut a fuga aut a morte sua ma
iorem huic urbi gloriam nomenque reliquisset. Hanc igitur insolentiam
verborum nunc rebus ostendite. Caonas et molossos qui semper macedo
num preda fuere: et pyrrum regem eorum formidatis qui unum
ex Alexandri satellitibus semper secutus est atque coluit: et nunc non
magis tarentinis auxilium ferens: quam hostes domi fugiens in italia
versatur. Ausus profiteri principatum in italia cum hac potentia que
ad parvam macedonie partem conservandam sufficere non valuit.
Non itaque hunc removebitis si amicum feceritis: sed alios invitabitis
per contemptum nostri quibus superare nos facile sit. Si pyrrus abibit ne
dum pena non data eorum que in nos fecit: verum etiam mercede
accepta federis auctore cum tarentinis samnitibusque recipiendi. Hec cla
udii verba ad studia belli animos traduxere. Itaque Cynea dimisso respon
derunt pyrrus italia excederet: tunc si vellet de amicitia ac so
cietate verba faceret. Quoad vero in italia armis adesset populum
romanum adversus eum belligeraturum. Dicitur Cyneas dum

hec agerentur cupiditate cognoſcendi moribus ac inſtitutis romāis ſtu-
dium impartiſſe: ac de ea re cum optimis uiris loquutus: pyrro poſtea
retuliſſe cum alia multa tum ſenatū romanū multorum regū ſ con-
ſeſſum uideri. de multitudine aūt populi formidarē ſe inquit ne ad-
uerſus quandam lerneam ydram pugnare uideamur. Supra du-
plum .n. plures q̄ antea pugnaſſet conſuli decretos et multotiens tantu-
plos inſuper ex his qui arma ferre poſſint ſup eſſe. poſt hec legati ad
pyrrum pro captiuis redimendis miſſi: inter quos. C. fabritius erat
cuius cyneas retulerat apud romanos mentionem h̄ntur uiri boni q̄-
dem ac bello egregij: ceterū uehementer pauperis. hunc igitur rex
ſeorſum blanditiis ut pecuniam a ſe caperet ſuadebat non ab aliquā
turpem eſſe cauſam: ſʒ ob amicitię et hoſpitalitatis inditium. Renuen-
te aūt fabritio tūc quidem deſtitit. poſtridie uō ipſe terrē uolens ut pote
qui nunq̄ antea elephantum uidiſſet: iuſſit dū ſimul loquerentur ma-
ximū elephantū poſt auleam iuxta ſe conſtitui: ac deinde ſubito aulea
ſublata elephas ex improuiſo conſpertus promuſcidem ſup caput fa-
britij extulit: ac uocem terribilem aſperamq; emiſit. At fabritius tran-
quille conuerſus leniterq; arridens inquit. Nec heri aurum nec me
beſtia hodie p̄mouit. In cena aūt apud regem acta cum multi ac
uarij ſermones inciderent. plerumq; uō ut de grecia ac de philoſophis
forte euenit ut Cyneas epicurei mentionem faceret memorās ea que
ab epicureis dicuntur de diis īmortalibʒ ac de re. p. ut illi finem
bonorū in uoluptate ponentes curā rei. p. fugiendam cenſent.
utpote felicitatis corruptionem deos aūt a gratia atq; ira longiſſīe
remotos: nec ullam de nobis curā ſuſcipientes in ocioſam uitā et
plenam uoluptatū coniciat. Etiam ipſo dicente fabricius excla-
mans. o utinam pyrro inquit et ſamnitibus hec cordi ſint q̄diu ad-
uerſus nos bellum gerant. Sic itaq; mente uiri rex admiratus magis
ac magis optabat pacem q̄ bellum cū romanis hr̄e et fabricium
priuatim rogauit ut facta pace una ſecū eſſe uellet p̄mū amicorū

et ducu͞ suoru͞ futurus. Ad hec dicit fabritiu͞ submissa uoce respondisse.
At nec hoc quid conducet o rex. illi n. ipi qui te nu͞c admirantur
et colunt si me experiantur a me potius q̄ a te regi optabunt.
pyrrus non tirannide neq₃ supbe u͞ba fabritij suscepit: s₃ q̄ tanta ma
gnitudine ai͞ fabritius foret ad amicos protulit et captiuos credi
dit illi soli ut si no͞ decerneret pac͞e senatus: postq̄ cum parentib₃
et domesticis saturnalia peregissent ad eum remitterentur
atq₃ ita factum est post festiuitatem ad u͞sus no͞ redeunt͞e pena
per senatu͞ decreta. Deinde cum fabritius consulatu͞ inisset ue
niens quidam ad eum i castra epistolam detulit a medico regis
perscriptam in qua offerebat se pyrru͞ ueneno necaturu͞ si p̄mium
traderet͞ sibi absq₃ ullo discrimine bellum pro romanis confiti
enti. At fabritius i iniuriam ho͞is detestatus et collega i eandem
sententiam adducto pyrrum statim p litteras monuit ut insi-
dias medici caueret. Littere hui͞oi fuere. C. fabritius et q.
emilius consules pyrro regi salutem. Neq₃ amicoru͞ neq₃ hostiu͞
fortunatus existimator esse uideris. cognosces n. cum hanc episto
lam a nos transmissam legeris te bonis quidem uiris ac iustis
bellu͞ inferre: malis u͞o aciniustis confidere. hec aut͞ no͞ tui gra͞a
facimus nota: s₃ mors tua nobis calumniam afferat q͞ i u͞tute
nequiuerimus te superare dolo te contendisse. Acceptis itaq₃ fabri
tij litteris medicoq₃ conuicto et suplicio iuste affecto ob retributio
nem beneficij captiuos om͞s gratis fabritio romanisq₃ restituit.
rursusq₃ Cyneam misit pro pace firmanda. At romani nec gra
tiam ab hoste nec mercedem accip͞e uolentes parem taren
tinoru͞ et sanitum captiuorum nu͞m pyrro remiserunt de
amicitia et pace nihil agitari p̄miserunt priusq̄ rex ipe cu͞
armis atq₃ exercitu cu͞q₃ his quas secum ex grecia duxerat

nauibus ex italia nauigasset. Procedente itaque bello rursus apud Asculum urbem cū romanis pugnatū est. In ea pugna compulsus rex ad lora aspera et flumē grave atque limosum cum elephanti impetū capere nequirent multis uulneribus ac magna suorū cede usque ad mortē timuerant. nox prelium diremit. postridiū uō equioribus locis structa acie et asperioribus saltibus p̄sidio occupatis missis int elephantos iaculatoribus ac sagiptariis denso agmine romanos inuasit. At romani nequaq̄ a loco ut pridie aduti s; equa planitie contra frontem uenientes cū prius q̄ adessent elephanti pedites profligare properantes grauiter aduersus salissas cū gladiis pugnabant uulnerarē ac cedere hostem intenti nullam proprij periculi mentionem hebant. tandem post magnū spatium dicitur fuga ex ea pāte qua rex p̄rrebat fieri cepta. S; plurimū elephanti suo robore atque audacia perfecerunt nequeuntib; romanis uirtute uti: s; q̄i uiolentia cuidam supueniētis fluctus ac terremotus ī fugamque compulsis fuga uō nō longa s; ī castris fuit. Jeronimus sex romanorū milia eo prelio cecidisse tradit. a pyrro aūt a regiis cōmentariis relatū ēē dicit tria milia et quingenta desiderata. Dionisius tam̄ nec duas apud Asculū pugnas: nec supatos tradit romanos ac semel dūtaxat usque ad occasum solis pugnatum uix tandem prelium diremptū uulnē pyrri hasta brachiū transfixi. Cecidisse aūt et a pyrro et a romanis sup̄ quindeci hominum milia: et utrinque pariter a pugna cessatum. Dicitur pyrrus in recensendo numerū militum suorum dixisse: si alia item pugna romanos uicerimus omēo periimus. Maxima n. ps militum quos secum adduxerat interierat: et p̄terea amici ac duces omēs p̄ter admodum paucos. alij uō quos uocaret nulli erat et simul socios minus impigros cernebat. Romanis uō q̄i ex fonte quodam domi manante celeriter castra replebantur: nec

Asculū urbs

superati remittebant animum: sed magis ad plus incendebant. his difficultatibus circumuentus in nouas rursus spes incidit. simul n. ex sicilia et ex grecia uiri ad eum uenerant. Alteri agrigentum syracusas et leontinos offerentes rogantesque ut ad pellendum sicilia carthaginenses insulaque tirannis liberandam sibi auxilium ferret. Alii ex grecia nuntiabant ptholomeum ceraunum contra galathas offertum cum exercitu intercisse maximum quod id tempus flagitare ut cupientibus macedonibus adesset. Questus itaque adversus fortunam quod plurium ac magnarum rerum occasiones unum id tempus conuenisset et qui utranque in potestate sua haberet alteram sibi perire arbitratus: deliberabundus atque anceps diu perstitit. Tandem uero ad siciliam utpote ad materiam grandiorum rerum propter propinquitatem lybie afferentem conuersus statim Cyneam misit ciuitatibus uti consueuerat ex parte sua prefaturum. Ipse autem presidio apud tarentum relicto tarentinis id grauiter ferentibus et aut adversus romanos bellum gereret una secum qua de causa uenerat: aut qualem acceperat urbem talem relinqueret postulantibus nullo benigno dato responso sed quiescere eos et expectare tempus iubens in siciliam migrauit ut omnium sicilie ciuitates secundum spem a principio prestitam se illi dediderunt. Eorum autem ad que ui et armis opus fuit nihil a principio restitit. Sed cum triginta milibus peditum duobus milibus et quingentis equitibus ac uiginti nauibus carthaginenses ingressus eorum potentiam euertit. In expugnatione autem Ericis munitissimi oppidi et magnis carthaginensium presidiis firmati tota se arma induit ac menia subiens ludos herculi uouit si daret ut generi ac fortitudinibus suis ea die se dignum pugilem ostenderet: in scalis admotis primus omnium menia conscendit. Resistentum

uero pyrrhi

uõ qui multi aderant alios abutraq; parte muro deiecit: alios circa se gladio necatos coaceruauit: ipẽ quidem inlesus et terribili ac truci aspectu illud homericum probauit certe ac perite dictum fortitudinẽ solam int ceteras uirtutes sepe furentes quosdam impetus hr̃e. Capta urbe uota deo persoluit spectaculum q; omifariam ludorum exibuit. Mamertinos deinde qui circa messanam grecos uexabant: ac plerosq; ex his uectigales sibi fecerat adgressus. erant aũt hi barbari multitudo ingens ac bello ferox ex quo latina lingua amarte nomiabantur publicanos eorum necauit. Ipsis aũt pugna supatis presidia multis ex locis deiecit. & carthaginensibus pacem poscentibus pecuniãq; et classem pro amicitia offerentibus respondit unã esse pacis uiam si obmissis omibꝫ i sicilia rebus libicũ mare finnos caperent. Successibus aũt et magnitudine rerum elatus cuz spes eorũ pro quibꝫ a pncipio nauigarat responderent: pmãq; libiam con cupisceret atq; ea de cã adimplendas quas habebat naues remiges cogeret nõ benigne ꝫ imperiose ac superbe ciuitates pmebat. sicq; contra csuetudinẽ sui initij inquo egregie mitis ac placidus nullique molestus fuerat tirannus factus ingratitudinis ac pfidie notam contra xit. Sꝫ hoc ciuitates q̃q̃ grauate tam q̃n necesse erat tollerabat. Verũ cum theona et Sostratum principes syracusanorũ qui auctores ciui tatem ei tradendi adiutoresq; in cunctis per siciliam fuerant suspec tos haberet. nec secum ducẽ nec domi relinquẽ uellet ac sostratus quidem metu aufugisset. Theon uõ abeo interfectus fuisset nonpe detentim neq; parum p mutati aĩ: ꝫ repente aduśus ipm̃ syculorũ hodia exarserunt. Cernens igitur defectiones ac conspirationes con tra se initas. pyrrus litteris tarentinorũ et samitum acceptis qui uix resistere bello poterant: et ex clusi regionibꝫ auxiliũ roga bant: occasionem hinc accipiens abeundi ex sicilia q̃ nõ metu nec despatione rerũ siculanorum: ꝫ opitulationis causa recessit. re aũt uera cum siciliam ueluti nauem tempestate agitatã tenẽ non posset et occasionem abeundi quereret se ipm̃ rursus initaliam

proiecit. Ferunt cum abiret siciliam respexisse ac dixisse. o qualem
carthaginensibus ac romanis pro hac insula palestram relinquimus
et hoc quidem ut coniectatus est ita euenit. barbaris autem in ipso
recessu consultantibus: carthaginensibus uero nauali prelio in ipso portu
lacessentibus compluribus ex nauibus suis amissis in italiam peruenit. Ma-
mertinores haud pauciores decem milibus. primo transgressu signis
collatis dimicare cum non auderent iniquis locis impetu in regem
facto totum exercitum turbauerunt. ibi duo elephanti et multi ex his qui
posterius claudebant agmen oppressi: ipse rex a fronte discurrens
aduersus homines bello assuetos magno cum periculo restitit. Vulnere
autem in capite accepto cum paulo ex pugna cessisset et magis extulit
hostes: quorum unus pre ceteris ferox procero corpore et splendidis ar-
mis superba uoce regem si uiueret in certamen prouocabat. At pyrrus
ob hec iratus ireque incensus et sanguine fedatus: trucique aspectu ter-
ribilis in pugnam rediit. et barbarum illum persequutus ita caput percussit ut
ui ictus et uirtute gladii usque ad partes inferiores plaga descenderet
caderentque hinc inde corporis partes. hoc barbaros continuit ne am-
plius persequerentur qui super humanam uim pyrrum admirati conterritos-
que. Ipse uero quod reliquum erat itineris secure profectus tarentum
peruenit peditum uiginti et equitum tribus milibus secum adductis
statimque optimo quoque ex tarentinis delecto aduersus romanos qui tunc
in samnio castra habebant contendit. Samnites multis iam prelius superati
et spe simul cum rebus amissa simulque de nauigatione in siciliam adver-
sus pyrrum infensi minus frequentes ad eum uenerunt. Sed pyrrus
omnibus copiis bifariam diuisis et primis in lucaniam missis ut alterum
consulem demorarentur: ipse contra .m. Curium apud bene-
uentum castra habentem exercitum duxit. Curius uero quia et college
aduentum expectabat et simul auguriis pugnare uetantibus pugnam
detractabat. properans igitur pyrrus ante eum opprimere quam collega
aduentaret fortissimis militibus et bellacissimus elephantis delectis
noctu castra ex superiori loco congredi contendit. Vaderitem longa

uiam et siluas densam lumina defecerunt: errorque factus est. orta exin
de mora dies albescere cepit et a romanis conspicitur ex montibus de
scendere. primo itaque trepidatum est in castris: sed tamen partis sociis neces
sitate cogente manius castra egressus primos inuasit eosque in fugam uer
tens omnes conterruit ut et complures ibi caderent: et quidam ex
elephantis caperentur. Hec uictoria manium extulit ut adiusta
descenderet pugnam. Itaque proeliens in aptum et signa conferens
partim hostes in fugam uertit: partim et ipse elephantorum impetu ad castra
repulsus est. At milites presidio castrorum relicti frequentes pro
uallo stabant a consule uocati impetu desuperiori loco facto bestias in
fugam per suos retrouertere coegerunt: que res uictoriam romanis tra
didit et simul principatum nam gloriam quasi insuperabilem ex illa uictoria nacti
confestim italiam et paulo post siciliam subegerunt. per hunc modum
italia siciliaque excidit pyrrus sex annorum tempore in illis absumpto
et rebus quidem attenuatis sed robore animi inuicto fama ex eo bello na
tus ut peritia rei militaris et fortitudine atque audacia plurimum
inter sue etatis reges precelleret. Sed que re possidebat spe illorum que non
dum habebat disperderet: nihilque eorum que adtuendum iam
parta attinent conseruaret. Itaque assimulauit ipsum Anthigonus
lusori qui et multa et bene iaciat: sed cadentibus uti nesciat.
Reuersus in epyrum cum octo milibus peditum et quingentis equiti
bus cum pecuniam non haberet bellum querebat unde exercitum
alere posset. Igitur ad eas quas antea habebat copias quibusdam
galatis adiunctis macedoniam ingressus est quasi predam exinde
abducturus. Sed cum frequentes cepisset urbes militumque duo milia
ad eum defecissent amplificata spe adorsus antigonum demetrii
filium macedoniam tunc obtinentem duxque exercitui ipsumque inua
dens iusta acie dimicauit qui extremum antigoni claudebant
agmen galathei fortiter restiterunt: uehementique excitata pugna
fere omnes a pyrro occiduntur: duces uero elephantorum circu-

ueriti se ipsos ac bestias dediderunt. Itaque acceptis his et fortuna magis quam con
silio fretus phalangem macedonum inuasit. At macedones metu et
ac trepidatione pleni sese ab impetu pugnaque continuerunt ac fide
per priores accepta se pyrro tradiderunt. Antigonus uero fugiens quas-
dam maritimas urbes retinuit. Sed pyrrus in huiusmodi fortuna magnum
aliquid sibi ad gloriam per ea que circa galathas egerat partum exi
stimans ornatissimis ac splendidissimis eorum spoliis in templo hitonedis
minerue suspensis hoc carmen inscripsit. Hec de pugnaci galatha
Versus rum munera gente: moloxus pyrrus fixit captiua minerue. Cum
totum Antigoni robur totasque subegit pugnando turmas non admira
bile. namque egregii bello et clari semper in armis eacide. post pugnam
confestim urbes suscepit egeis uero expugnatis et in aliis durus fuit
ac molestus et in eo potissime quod ibi presidium galatharum quos secum habebat
custodie causa dimisit. galathe genus insatiabile pecuniis se pulchra
regum que ibi erant nequaquam ueriti aurum et ornamenta optima
subtraxerunt: ossa uero per superbiam obiecerunt. Hoc pyrrus leuius
quam decebat tollerare uisus est siue ob alia impedimenta differens: siue
ob timorem quod barbaros ad suplicium cogere formidabat. Itaque in ipsum
redundauit infamia nos dum satis firme res in macedonia erat cum
ipse ad alias rursus mentem conuertit. Cleonimus erat spartiata
regio genere exortus uxorem uero accepit cleonida leotichide forma
prestantem: et regio item genere exortam. hec arcotaci cyrei filii
adolescentis insano amore correpta tristes infamesque nuptias cleonimo
prebuit. Non enim latuit spartiatarum ab uxore spretus. Sic igitur do
mesticis rebus simul et publicis infensus ira atque indignatione conci
tus pyrrum contra spartam induxit uiginti quinque peditum duo equi
tum milia elephantos triginta trecentos habentem. Itaque ex magnitudine
apparatus statim constitit non cleonimo spartam sed peloponensium
totam sibi affectare quamquam uerbo quidem lacedemoniorum legatis apud me
galepolim negauit. Ait enim se uenisse ut ciuitates ab antigoni domi
minatu liberaret: sed natos suos minores inquit prohibeat spar

tem miſſurum ut laconicis moribus erudientur: et hoc p̄ceteris habe
rent regibus his ſimulationibus obuios decipiens q̄primum laconia
attigit predam et rapinā late exercuit. incuſantibus aūt legatis
q̄ non indicto bello eos īuaſiſſet. At ne uos inq̄t ſpartiate q̄d facturi
eſtis aliis p̄nuntiatis. Inde lacedemonia exercitum admouit. quā
cū Cleonimo placeret p̄mo aduentu īuadē ueritus pyrrus ne mili
tes noctu ingreſſi diriperent exercitū ↄtinuit. inquiens. hoc poſt richie
ſe facturū ea dilatio ciuitatem ſeruauit. Nā ſpartiatę quidē pauci erat
et imparati. Areus ipē nō aderat. ſꝫ ī creta corcyneis bellantibꝫ au
xilium tulerat. pyrrus igitur neminem ſibi repugnaturū exiſtimās
iux urbem caſtra poſuit. Cleonimi uō domū amici clienteſq̄ ſic
ornauerant q̄ſi pyrrus apud eū cenaturus eſſet. p noctem lacedemonii
p̄mo feminas omes in cretam mittē: ſꝫ ipē contra dixerūt quarū
Archidamia cū gladio ī ſenatū uenit uiros iurgata ſi uiuentibꝫ femi
nis putet ſparta euerſa: Dein ↄ hoſtiū caſtra ex curribus facē ſtatu
erunt ut ſtationem ab impetu elephantorꝫ tutā hntes reſiſtere
poſſent hoc facē incipientibus uenerunt uirgines ac mulieres
una cum ſenioribus et ſibi id opus conficiendum relinquere
ros uō qui pugnaturi erant quetem agere corporaq̄ curare iu
xerunt. Erat latitudo ſex cubitorū profunditas quatuor. longi
tudo octo pletron ut philarcus ſcribit. Ut uō ie conimus aliquāto
minore poſtera die ſummo mane cū hoſtes mouerentur mulieres
arma telaq̄ uiris miniſtrantes pugnare uiriliter ortabantur ut du
ce quidem in oculis patrię uincere preclarū uō in manibꝫ matrū
ac feminarum interire. Cleonis aūt ſeorſum ab aliis laqueū para
uerat ne urbe capta ī poteſtatem cleonimi uiua peruenirēt. pyr
rus cum robore armatorū in ipā fronte aduſus conſertos ſpartiata
rum clipeos per ipm̄ aggerem haud q̄q̄ ſatis firmū pp̄ recentiā
operis impetum fecit ex altā pte ptholomeus filius cum duobꝫ mi
libus galatharū atq̄ caonū delectorū repleta foſſa currus trans
gredi nitebantur. Currus alte defoſſis infram rotis et int̄ ſe

connexis nō solum transire conantibus aditū non pmittebat Sȝ la
cedemoniis grauem ac difficilem defensionem reddebant. Sȝ cū
galathe rotas euellē et in flumie trahē conarent̄ conspiratus pe
riculū ar rotatus adolescens p urbem discurrit secūq̄ȝ ceteros
homines rapiens ptholomeum minime hoc suspicantē p q̄dam
cōuexa labiens circumuenit extremosq̄ȝ adortus ab oppugna
tione ualli ipse pugnam ūtere coegit impeditos int̄ currus et fos
sas ruentes magna cede propellit. Spectauerant seniorū et mu
lierū turbe Acrotatum egregie pugnantem. Itaq̄ȝ cū paulo post p
urbem ad statione suā reuerteretur sanguine madens et uicto
ria exultans celsior sane ac pulchrior lacenis uidebatur et cleoni
dis ī uidebant amori. Suorum uō non nulli sequebantur clamantes
uade Acrothate tibi habeas cleonida modo probos natos patrie crea.
Ab ea et parte qua pyrrus erat multi ex lacedemoniis egregie pu
gnarunt et ī primis phillus post plura fortitudinis opera et ma
gnam hostium cedem cū sentiret multitudine uulnerū se deficē
loco suo alti tradito int̄ suos cadē preuidit ne corpus ei hostes habe
rent. Nox tandem obpugnationem diremit ea nocte p quietem
pyrrus talem huīt uisionem uidebatur in lacedemonia fulminib;
a se missis p cussam conflagrare totam seq̄ȝ obid factum mire
letari. pre gaudio itaq̄ȝ excitus sono milites arma capē iussit et ami
cis somnium enarrauit q̄ȝ ui urbem expugnaturus cui cū alij
assentirentur congauderentq̄ȝ Lysimacus nō placē sibi uisionez re
spondit: ȝ uereri se ait ne quemadmodum loca de celo tacta re
manent auia sic pyrro ingressum ī urbem denegari actus ī mor
talibus denegari ostendatur. At pyrrus hec ut uana atq̄ȝ indocta
aspernatus fiducia plenus luce prima milites ī oppugnationem
adduxit lacedemonij ūtute mirabili resistebant et aderat mu
lierū tela uina et cibaria ministrantes uulneratosq̄ȝ suscipientes
Macedones qui cum pyrro erant fossas implē matia a remisq̄ȝ
et cadaueribus inertis conabantur ad hec cum lacedemonij

concurrere ut cernunt pyrrum inter curvas ipsos equo provectum magna ui ad
niti ut urbem irrumpat clamore ab ea parte exorto dum adigit e-
quum in hostes pyrrus cretensi telo subuertere equus percutitur qui ex uulnere
concitus moribundus in loca ardua ac lubrica pyrrum prostrauit
ex hoc et cetera cessauit pugna. Sperabat tamen pyrrus lacedemonios
qui pene omnes uulnerati et pene mortui erant ~~ce~~ missuros tandem
animos. Sed bona eius urbis fortuna siue hominum uirtutem experiri siue quan
tam haberet potestatem ostendere uolens cum iam parum spei lacedemo
niis superesset Aminiam focensem unum ex antigoni ducibus cum mili
tibus conductis ex corintho auxilium ferentem ad . Nec multo
post Areus rex his cognitis ex creta propere rediit militum duo mi
lia secum ducens. Itaque mulieribus domum remissis nec amplius eis
permissa defensionis cura et senioribus qui arma necessitate co-
gente acceperant dimissis ipsi pugnam susceperunt. At pyrrum maior
habebat cupiditas ob ea que superuenerant auxilia urbis expugnande.
Sed cum nihil proficeret multis plagis acceptis tandem ab oppugnatio
ne destitit: predasque ex agris abacta quod ibi hiemare cogitabat. Sed fatum ne
quaquam uitari potest. In argo enim aristei Aristippum factio erat. cum ergo Ari
stippus antigoni amicitia frui uideretur Aristeus pyrrum uocare argos
properabat. At pyrrus alias spes ex aliis semper inuoluens et subcessibus quidem
ad alia capessendo elatus que autem aduersa euenerat aliis corrigere atque emen
dare cupiens nec uictus nec uincens quietem agere sciebat. Confestim
igitur argos contendit Areus multis insidiis dispositis atque qua
maxime difficilis erat occupata galathas et molossos qui extremum cla
udebat agmen lacessebat pyrro ex sacris rite partis dictum per aruspices
erat iacturam cuiusdam ex necessariis ea die cauendum esse. Sed ex
tempore ob tumultum mente subductus iussit ptholomeum filium labo
rantibus auxilium ferre ipse autem propere angustiis exercitum edu
cebat. Acri autem pugna circa ptholomeum exorta delectorum

ſpartiatharum quorū dux erat Eualcus et ī aciem implicatis creſus
quidam cretenſis uir robuſtus ac manu p̄comptus ex obliquo diſcur
renſ acrit' pugnantē adoleſcentem tranſuerberat proſternitq;
ad cuius caſum cū fuga ſuorum facta eſſet ſequentes lacedemonij uin
centesq; ī aptam planitiem parū caute ſe effuderunt. Ineoſitaq; pyrrus
audita filij morte dolore et ira incenſus ſe cū equitatu moloſſorū
conijcit ipſe ān omnīs prouertus cede ac ſanguine lacedemoniorum
cuncta repleuit ſemꝑ quidem inuictus ac ſūmus bello uir. Sʒ tūc po
ra omnia fortitudinis opera longe ſupergreſſus citato aūt equo parūʒ
abfuit quin Eualcus qui obliquus erat manum pyrri quahabenas tene
bat amputaret. et certe ipſas habenas ꝑcidit. Sʒ pyrrus cū illuʒ trans
fodiſſet ex equo proſiluit ac pedes dimicans ſuꝑ uno Eualco pugnātes
delectorum cateruam occidit. per huc modum magna ſtetit lacede
monijs cupiditas ducū qui cū finem iam ſuſcepiſſet bellū gloriā uin
cendi ſequebant'. pyrrus uō qī luſtrationem quādaʒ filio ſoluiſſet et
funebre ſplendidum celebraſſet certam magna doloris parte
ī ultione reluta argos cū exercitu contendit. Cognito āt antigoni
aduentu qui arduis locis ſuꝑ planitiem īſederat ipē circa nau-
pliam caſtra poſuit. Sequenti uō die ꝑ caduceatorem ad an
tigonem miſſum ut ī campū deſcenderet et pugna decernēt
prouocauit. Ad hec Antigonus reſpondit militiā ſuam nō mağ ar
morum q̄ temporum eſſe. pyrro āt ſi uitę ſuę tedeat ſatis mul
tas uias ad interitum patere. Ambobus aūt oratores ex argo ue
nerunt rogantes ut urbem dimitterent ad neutrū ptinentem
ambobʒ amicam Antigonus ubis eorum motus filiū ſuū obſidē
argiuis tradidit. pyrrus aūt promittebat quidem ſe abiturū
ſʒ cū fidem nō hēret ei promiſſio ſuſpectior erat ħt dum ſacra
faceret pyrrus capita bouū iam ſecta linguas cū gemitu emit
tē uiſa ſunt. In argo aūt licei uates cucurrit clamitās cede

et cadaueribus plenam urbem se uidẽ. per obscuram noctem pyrrus
menia subiens per portam quam diamperes uocant apertam
sibi ab aristeo galathas ĩ urbem ꝑmisit et fuit silentium quoad
forum argiuum occuparent. Nec quicq̃ argiui senserant. Sȝ cũ tandez
elephantos abductos porta nõ caperet atque obid turris ablata repone
retur et utpote in tenebris mora ac strepitus fieret argiui non
sentientes ad clipeum alia munita urbis loca concurrerũt: mis
soq; ad antigonum nuptio ipm̃ in urbem uocarũt qui ueniens pro
pe menia substetit milites aũt et filium cũ ualido auxilio ĩ ur
bem transmisit: uenit et areus lacedemonius mille cretenses
ac spartiathas secum agens et simul om̃es in galathas impetu facto
haud segniter conturbarunt. pyrrus at̃ cum clamore in urbez in
gressus cũ a galathis nõ satis alacrit reclamaret conuertans labora
tium et trepidantium esse signa properare suos iussit per cloacas
et aque ductus quib; urbs plena est cum sũmo ꝑiculo equites impel
lens. Erat aũt maxima ĩcertitudo irarum atque clamorum
erroresq; ut ĩ nocturno prelio per loca arta atq; incognita ñ ulla
ducum moderatio aut opera ꝑ tenebris et ambiguitate esse poterat
ß perstabant ambo diem expectantes cũ itaq; iam inlucesceret
clipeus armis hostilibus infectus ipõ aspectu pyrrum deterruit et
simul ĩ foro inter cetera ornamenta lupum eneum et thaurum
q̃ preliantes conspicatus perterruit ueteris oraculi memõ sibi
fatum impendẽ extremũ cum lupum cerneret adusus thaurum
pugnantem hec argiui ob antiqui facti memoriam sculpta ĩ foro
ħebant. Nã danao primũ eas partes adeunti lupum asserunt uisuz
adusus thaurum pugnantem posuisse uo se lupum qui aduenas ĩcolas
inuaderet sic pugne spertato euentu cũ lupus uicisset appollini uo
uisse liceo ac subinde rem capescentem superfuisse gelanore
qui tũc argiuis regnabat expulso. Hec erat cã cure in foro arguio

lupi ac thauri imago posita esset. ob illocum igitur aspertu pyrrus
et simul q ea que sperabat no procede cernebat turbatus pede
referre statuit sz cum angustias portarum formidaret ad
Elenum filium q cu manu ex menia sedebat mittit ut
murum diruat et exeuntes excipiat tuteturqz: du uo pro
perat trepidatqz is qui missus erat nec quicq nuptiat adole
scens p errorem cum reliquis elephantis ac militibus delectis
per portas auxilium patri laturus denso agmine ingredit iam
pyrrus retro cedere ceperat et q diu forum pmisit copias subduce
egregie hostes repressit. Sz postq ex foro inangiportum qd adpo
tam iter erat descendit i hoc hi qui auxilium ferre ueniebat
obuiam facti eius subductionem impediunt. Nam et partim
eo clamante non exaudiebant partim et si pare uellent
ab exteriis uenientibus impellebantur et maximus elephas
i ipa porta cau extrasuerso prostratus exitum prohibebat. alt
uo ex his qui iam itrauerant cui uictoria erat nom prostratu
uulneribus gubernatorem recipe queritans se it eos qui pede
referebant admiscuit hostes et amicos pari impetu concultas
donec reptum gubernatoris cadauer promuscide sublatu
ac dentib ambobus susceptum reportauit ac ueluti furens
obuios quosq necabat. Sic ergo inter se pressis et complicatis nihil
agi poterat sz tota multitudo i unum corpus conflata erat
nec ulla pugnandi repugnandi ue facultas dabatur si gladi
us promptus aut hasta deflexa erat p multitudine nec exi
mi poterat nec i uagina reponi ac perim inoium uo inhostiu
sz in suorum tela compulsi necabantur. pyrrus cu hui extu flur
tuationemque uideret insigne quo galea ei conspicua erat
detractum cuidam ex amicis tradidit ipe aut equo con-

fisus in eos qui insequebantur hostes impetum fecit. ibi hasta percus
sus cum per thoracem non magnum nec mortale vulnus acce
pisset in percussorem. Is erat argiuus nec claro natus loco sed pau
peris anicule filius equum adegit Mater forte desuper una cum
ceteris feminis pugnam expectabat que cognito filii periculo et ob
id formidans ambabus manibus tegulam sublatam in caput pyrri
demisit eo ictu casside percussa et spondilis secundum ceruicem
attritis lumina eum defecerunt prolapsisque habenis ab equo
delatus iuxta licinii monumentum incognitus fere omnibus ceci
dit. Sed zophirus quidam antigoni miles duobus aut tribus comi
tatus cum ipsum cognouisset in vestibulum quoddam protraxit
incipientem iam se ex ictu recipere ibi cum zophirus ceruicem
incisurus gladium eduxisset ita torue ipsum aspexit pyrrus ut illum
ad terrorem pre metu compelleret et non recte sed ad os et mentum vix
tandem ceruicem secaret iam res pluribus nota erat cum
Alcyoneus antigoni filius audiens caput petiit quasi cogniturus
idque acceptum ad patrem ferre properauit. Is tum una cum amicis
sedebat qui postquam caput aspexit cognouitque filium baculo percussit
ac repulsit barbarum et pollutum appellans ipse clamide ante
oculos abducta lacrimauit antigoni aui et demetrii patris recor
datus domesticorum exemplorum volubilis fortune caput
itaque et corpus magnifice cremauit cum vero alcyneus sordida
tum inuenisset helenum eumque benigne et humaniter patri
adduxisset conspiciens eum antigonus melius inquit nunc quam
prius factum est fili. Sed nec nunc quidem satis qui hanc vestem
non abstuleris ob quam nos qui vicisse videmur magis dede
corat quam se. post hec adolescentem complexus ad priorem ha
bitum hornatumque restituit: et in epyrum remisit erga

amicos quoque pyrri benignus fuit castrorum atque exercitus

universi potitus. Z.

Finis

Milioꝛum familiam in urbe roma patriciam ſane ac
vetuſtam fuiſſe plerique tradunt. Ex viris autem primus qui
nomen ei familie reliquit M. Emilius propter ſermonis lepiditatem
quam emiliam greci vocant appellatus pitagore philoſophi puer fuit.
Non non nulli ex his tradunt qui doctrinam nume pompilij regis in pita
goram auctorem referunt. Ex hac igitur familia multi preſtan
tes viri et claritatem aſſecuti virtutem feliciter adamarunt. Sed
L. pauli adverſa apud cannas fortuna prudentiam ac fortitudinem eius
oſtendit. Nam poſtquam collegam ſuum a conſilio dimicandi removere ſua
dendo non potuit invitus licet pugne quidem particeps fuit fuge
quidem nequaquam particeps sed auctore periculi ac pugne fugam arri
piente ipſe manens adverſus hoſtes pugnando interiit. Hic filios habuit
emiliam que ſcipioni nupta fuit et paulum de quo hec ſcribimus
qui et in etate florenti gloria et virtute clarorum virorum effulſit
non ea ſecutus que tunc cetera iuventus ſequebatur: nec per eandem viam
ingreſſus. non enim ſe in cauſis orandis nec in ſalutando nec prehenſando
homines quibus artibus plerique favorem ſibi popularem captabat
cum tamen ad utrumque foret non ineptus exercuit sed ut preſtantiorem
utriuſque fortitudinis et integritatis gloriam ſibi querere ſtuduit. Pri
mum ex magiſtratibus edilitatem petens duodecim competitoribus
quos omnes poſteris temporibus conſules fuiſſe tradunt ſuffragiis popu
li romani prelatus eſt. Augur deinde factus ſic patriis moribus
intendit ſic veterum circa divina obſervantiam diſciplinamque cogno
vit ut nominis et honoris dumtaxat gratia concupitum prius augura
tum inter ſuppremos magiſtratus habendum oſtendit philoſophis aſſipulatus qui religi
onem ſcientiam cultus divini eſſe diffiniunt. cuncta enim faciebat

cum peritia et ſtudio eiq; uni rei ceteris obmiſſis cum ad hoc erat aīūz intende
bat nihil pretermittens uel addens ſ; adu̇ſus collegas et prominimus reſiſtens
et docens q̄d et ſi maxime quis rem diuinā facilem exiſtimet et ſine que
rela negligentię tamē nequaq̄ eſſe ferendum ciuitatem quę illā regi patia
tur. Neminem. n. ab initio magno exceſſu rem p. turbare: Sz magnarum
rerum custodiam tollere qui in paruis ac minimis diligentiā abiciunt. Eo m̄o
disciplinę militaris ac morū cuſtodem et oſ̄ſuatorē ſe preſtitit nō gr̄am mili
tum captans in exercitu nec ut pleriq; illius ętatis homines ſecundos magiſtra
tus per gr̄am priorum ſibi comparans. Sz ueluti ſacerdos aliorum ſacro
rum circa mores dux et exemplar cuiq; exiſtens ſic adminiſtrabat ut ſe
cundarum partium exiſtimaret hoſtes uincē: primarū u̇o ciues erudirē
durante aduerſus Anthiocum bello et peritiſſimis rei militaris hominibus
ad illud conu̇ſis alterum ab exp̄eria exortum ē bellum magnis ī hiberia
motibus ſuſcitatis. Ad hoc bellum Emilius miſſus nō cum ſex ut ceti p̄tores
ſ; cum duodecim ſecuribus ita ut dignitas conſularis imperio ei ineſſet.
Bis ſignis collatis hoſtes ſup̄auit interfecitq; circit̄ triginta hominū milia
manifesteq; apparuit uictoriam ī duſtria eī partam fuiſſe habilitate locorū
et tranſitu amnis facilitatem uincendi militib; preſtans. Urbes u̇o ducentum
quinquaginta ī deditionem recepit pacatāq; prouinciā relinquens ne una q̄
dem dragma ditior q̄ profectus erat reuerſus ē. Erat et in ceteris haud
quaq̄ pecuniarū ſtudioſus. Sz cum dos mulieri reddenda fuit uix patrimo
nium eius ſuffecit. Uxor fuit illi papiria Maſonis uiri ꝯſularis filia quā
poſt longū coniugij tempus repudiauit licet pulcherrimā ſobolem ex ea ſuſce
piſſet. Hec. n. glorioſiſſimū ſcipionem et maximū illi pepererat. Quę aūt
cā diuortij fuerit nō extat. Sz uidet̄ aliq̄ efficax rō adfuiſſe. Illā aūt ꝯſtat
cum amici familiareſque diuortiū grauiter improbarent Emilio dicerent
nō ne hęc modeſta nō ne formoſa nō ne fęcūda: porrexit ille pedem et
calceum oſtendens nō ne pulcer hic calceus nō ne nouus: ſ; nemo q̄ue
strum nouit qua ex parte meum contorquet pedem: ſic. n. ſe reſ h̄t.
magna quidem plerumq; et manifesta errata mulierum cām diuō
tū preſtiterunt. Nonnumq̄ ex quadam diu̇ſitate morū frequentes

et

et parue offensiones latent uiros exorte abalienarunt. post diuortiũ papirie
aliam uxorem accepit ex qua cum duos filios suscepisset eos quidẽ domi
hũit alios uõ duos priores maximis et clarissimis domibus p adoptionez
inseruit quorum maior a fabio maximo quinquies consule minor
a scipione africano adoptatus est. Ex filiabus uõ altam marci cato
nis filius altam Elius tubero uxorem accepit. Erat aũt tubero uir
optimus magneq3 ĩ re. p. auctoritatis: s3 ita tenui pr̃imonio ut sex et de
cem uiri ex tuberonis familia oẽs simul ĩ unis edibus et quidẽ modi
cis cũ coniugibus et liberis habitarent. In hac edes pauli emilij bis
consularis et bis triumphalis filia deducta ẽ ĩ eisq3 habitauit nec puduit
eam paupertatis uiri: s3 uirtutem admirata ẽ per quã paup erat. At uõ eta
tis nostre frẽs nisi claustris et fluuiis et muris communia diuidãt
nisi magnis spatiis interiacentibus seperentur litigare adinuicem nõ ces
sant. Hec secum cogitandi considerandiq3 facultatem hystoria pbet
Consul aũt factus Emilius bellũ gessit adũsus ligures homines belli
cosos et ob uicinitatem romanorum bellandi peritos incolũt. n. extre
mam italie oram que ad alpes partim et ipartẽ q3 albũ q̃ tũ tireno
obruitur pelago et contra lybiam insurgit pmixti gallis et hibe
ris maritimis. Tunc aũt predatoriis nauigiis mare usq3 ad her
culeas colũnas ĩfestabant. Contra eos igr̃ emilius consul cũ octo
milibus militum missus hac paucitate copiarũ adũsus triginta
milia hostium conflixit eisque ĩ fugã ũsis et ĩ tra menia com
pulsis spem bonam humanitatis ostitit. Neq3. n. uolebant romani
ligurum gentem oĩo delẽ. S3 ueluti spem ac presidiũ adũsus
gallicos tumultus qui italie continue emminebant relinquẽ.
Emilij igitur fiducia adducti ligures naues et oppida illi dedide
runt. ipe uõ diruptis menibus nec genere ullo iniurie alit in
lato urbes quidem restituit: naues uõ oẽs ademit nec ullis
magnitudinis nauigium sup triscalmum eis reliquit. Hec ĩ-

primo conſulatu digna memoratu ab eo geſta. Sequenti uero tempore cū ſcd̄m
conſulatū petiiſſet nec ſuffragia ciuium uotis eius reſponderent quaſi
ſi ſpretus ac repulſus quietem ſibi agendam putauit ſolū augurciis et
erudiendis filiis intento. docuit aūte ipoſ et romanā diſciplinā qua
ipē doctus erat et grecas inſuper artes. Nō ſolū .n. gramatici ſophiſte et
rethores ſꝫ etiam ſutores et pictores equorū canum uenationūqꝫ ma
giſtri circa adoleſcentes uerſabantur. Ipē uero pater niſi quid publici
muneris impediret eorum exercitationibꝫ ſtudiiſqꝫ intererat miro
amore erga natos affectus. Ea tempeſtate bellum aduerſus perſem ma
cedonie regem populus ro. gerebat. duces uero ad id bellum miſſos
premebat infamia q eorum ignauia imperitiaqꝫ turpiter atqꝫ ridi
cule res gererentur ſuſtinerentqꝫ potius q̄ inferrent bellū. Nu
per .n. romani anthiocum ultra thaurū compulſum ſiriaqꝫ ī cluſuꝫ
quindecim milibus talentis pacem redimere coegerant ac paulo
ante philippū in teſſalia profligauerant et greciam a dominatu
macedonum liberauerant. Vicerūt et hannibalem cū q̊ nullum
unqꝫ regem conferendum bello exiſtimabant. Nō ergo ferendū
uidebatur ut ꝯ perſen ex equo pugnarent tā diu cum reliquiis
profligati patris reſiſtentem. Ignorabant .n. macedonicā rem poſt
philippi profligationē multo q̄ antea fuiſſet ualidiorem effectā fuiſſe
de qua ſuperius repetens pauca narrabo. Anthigonus qui inter alex
andri ſubceſſores potentior fuit quiqꝫ et genere ſibi regnum nemi
nem uendicabat filiū huīt demetrium hic anthigonus qui gona
tum cognominatus ē ille altium demetriū genuit qui et ipē bre
ui tempore regnauit et filium reliquit philippū puerum. Veriti
igitur principes macedonū ne deſertu regis turbarentur res An
thigonum nepotem eius qui obierat ī duxerunt traditaqꝫ ei uxorē
philippi matre primo tutorem et ducem poſt ipius benignitatē experti
et regem appellarunt. Fuit aūt eidem cognomen doſo qd multa
promitteret pauca adimpleret. poſt hunc regnans philippus ab ipā
adoleſcentia egregie floruit fuitqꝫ de illo expectatio q̄ī in antiquꝫ

culmen reſtituturuſ macedoniam foret et romanorũ potentiam
que ſuper alias creuerat repreſſurus. Sꝫ hic ingenti pugna apud ſcotu-
ſam a .T. flaminio ſuperatus tũc ſeſe contraxit. postea uõ penitentia
ductus ac existimans romanorũ nutu regnare captiuũ delitioſũ eẽ
potiuſ q̃ uiri alte ſentientis et aĩuꝫ hẽtiſ mentẽ ad bellũ conũtit cla
ꝗꝫ et astute rem preparauit urbeſ.n. omſ que itineribuſ litoribꝫ
qꝫ erant debilitari ac exinaniri patiens ut ſuo omnẽ ſuſpitionẽ au
ferret contẽpnereturqꝫ magnas ſuperioribus macedonię partibꝫ
copiaſ parauit mediterranea opida castellaqꝫ et urbeſ armiſ opibꝫ
hominibuſqꝫ muniuit exercitusqꝫ obſcure atqꝫ latent͛ armorũ .n. ef
fecerat triginta ottingenta milia tritici modia ĩtra muros aſſer
uabat pecuniarũ tm̃ coegerat q̃tum decem annis ſufficẽ decẽ mili-
buſ conductoruꝫ militum ſtipendio poſſet. Sꝫ ipẽ antea q̃ ea que
agitabat aĩo ad effectũ pduceret dolore et penitentia q̃ demetriũ
filiũ ob calupniam fcĩs ĩiuste necauiſſet uitam amiſit. At perſeus
qui ei ſubceſſit statim una cũ regno inimicũ aduſus romanos
aĩum patefecit nequaq̃ idoneus ad tantã molem belli ſubstinẽ
dam ob ſocordiam et morum improbitatem: multaqꝫ alia uitia
int͛ que auaritia plurimũ dñabatur. Et creditur quidẽ nõ
legiptimus filius ſꝫ ſubditiuus fuiſſe et ex hoc machinatuſ deme
triũ mortem ne domus legiptimo ſubceſſore cognito alienum
reiiceret. Sꝫ q̃q̃ ingenerosus ipẽ et humilis tñ ob robustas regni
opeſ longo tempore aduſus romanos reſtitit duceſqꝫ eorũ con
ſulares et exercitus et claſſes continuit. Nã .p. licinio q̃ pmũ
macedoniam ĩgreſſus ẽ equestri certamine ſupato duo milia et q̃n
gentoſ ex romaniſ occidit ſexcentoſ aũt uiuos cepit apud orem
uõ ex iſperato stationem romanorũ aggreſſus uiginti magnas
naueſ onustas et alias multaſ ui cepit hostiliũ uero alias ĩiec
tum per teſaliam irrumpere conantem ad pugnã prouocando
contreruit ac ĩ eo ipõ bello q̃ parum ſibi negocii et facile cõten
dendum a romanis eſſet ꝯ dardanoſ cũ exercitu profectus

decem milia hoīum occidit predaq3 ī genti ditatum exercitum redux
conciliauit et galathas circa hiſtrum incolentes baſternę hi nominantur
gentem pugnacem et equitatu maxime ualentem yllirioſ et ſibi ɔ
iungere perſeū regem tēptauit fuitq3 rumor barbaros mercede
adductos ꝑ inferiores galatię parteſ iuxta adriaticū ſinu italiam
irrupturoſ. Hęc romę nūptiata effecerunt ut hoīem reiecta potē
tum grā uirū idoneum tantis rebus gerendis huic bello preficerēt
Hic erat paulus emilius ętate quidē ſenior quippe ſexageſimū age
bat annum ſ3 robuſto corpore et filiorū adoleſcentiū amicorūq3 et
neceſſariorū multitudine circum ſeptus qui omſ uolunt populi
romani ad conſulatū ipm̄ inuitantiſ parē emiliū ſuadebant. Ipē uō āpri
cipio cunctatuſ ſuaſioneſ reiecebat eorum ſtudium et cupiditatem
arguenſ qī non expediret conſulatū gerē. S3 tandem concurſu popu
li qui ſingulis diebus ad eiuſ ianuā conueniebat et ad deſcendendū
ī forū prouocabat uociferabaturq3 confirmatuſ ad petendum de
ſcendit nec ī eius petitione tam affectare q̄ ciuibus ſuis uictoriā
repromittē uiſus eſt Deſignatus fuit ɔſul cum ſūma ſpe ac uolūtate
populi ro. nec expectatum ut ſortitio fieret: S3 ſtatim macedoīa
prouintia cōmiſſa belluq3 demandatū fuit. Ferunt cū ipē poſt hęc
magna ciuiū domū reductus frequentia tertiā filiam adhuc
paruulam lachrimare conſpexiſſet eam complexus lurtus cām
peteret reſpondiſſe illam quia perſeus mortuus eſſet. Erat aūt
catulus puellę ſic nominatus. tunc emilius accipio nūc inqt omen
filia dij bene uertant. Hęc cicero orator ī libris de diuinatiōn
ſcripſit. Cum uō moſ eſſet ut qui deſignati conſuleſ erant grāſ ppłō
agerent benigneq3 alloquerentur. Emiliuſ aduocata contione
inquit ſe qdem conſulatum ꝑmum grā ſui ſecundū uō grā ppłi
ro. q̄ id flagitabat petiiſſe. Itaq3 ſe nullas ei hēe grāſ quin immo
ſi conſererent id bellum meliuſ ꝑ alium fieri poſſe leto aīo ſe rō
ceſſurum qđ ſi ī ipō fiduciam hr̄ent ne turbarent n̄ ūba farēnt
ſubminiſtrarent. Nam ſi impatori imꝑare uellent mag q̄ antea

in suis expeditionibus futuros per hec ubi plurimum auctoritatis a populo
ro. comparauit magnamque expectationem prebuit futuri euentus letan-
tibus cunctis quod gratiosos adulatores transgressi uirum elegissent qui fidu-
ciam sui prudentiamque haberet ita in uiuendo et aliis dominando. preco-
ipse uirtutis et honestatis seruus erat Emilius paulus ut ad bellum profec-
tus quod facilitate nauigationis usus tute ac celeriter ad exercitum
peruenerit felicitatis eius imputo. Sed que in bello gessit partim audacie
ac promptitudini eius: partim certis consiliis partim amicorum ob-
sequiis ascribo nec uideo cur felicitati tribuendum sit ubi boni con-
silij et constantis animi rationem uidemus nisi fortasse quis dicat per-
sei auaritiam emilij bonam in rebus agendis fuisse fortunam
qui rem macedonicam magnifice eleuatam per auaritiam euer-
tauit ac subuertit. Accedebant ad eum ex basternis decem mi-
lia equitum totidemque auxiliatores uiri stipendia facere consueti
quibus nec agrum colendi nec nauigandi nec pascendi pecoris
scientia erat. Sed unum opus artemque unam dumtaxat norant pugnare
scilicet ac uincere qui postquam cum exercitu regis circa mediam conuenti
fuerunt proceris corporibus et mirabili uirtute ferociaque ad pugnam
tanta spe macedones impleuerunt ut existimarent romanos
nullo modo expectaturos pugnam: sed uel ad ipsum aspertum et
motum terribilem et insuetum contactos esse fugituros. hanc igitur
societatem auxiliumque tanta spe plenum perseus ob pusillanimitatem
auaritiamque abiecit. Nam cum pro singulis ducibus mille supra id
quod actum fuerat ab eo quereret stulto consilio soluere recusauit quasi
non aduersus romanos bellum gereret sed pro romanis pecuniam par-
ceret ueluti his cum quibus bellum gerebat rationem redditurus de
his que in bello ipse sumpsisset atque hoc fecit non ut lydus quidam non phe-
nix sed qui alexandri ac philippi uirtutes per consanguinitatem qui res
pecuniis non res pecunias enim existimantes omnia possederunt. Dic-
tum est enim ab antiquis non philippum sed philippi aurum greciam

ſubegiſſe. et alexander contra indos profectus cū uideret exercitū
grauem onuſtū q; ſua gaza primū ipſe regios currus cremauit
deinde alios monuit ut idem facerent leueſq; et ſine impedimen
tiſ ad hoſtes euaderent. At perſeus pluris exiſtimanſ aurū
q̄ ſe ipm̄ ac filios ſuos ac regnū noluit p ſalute ſua paucaſ ab
iicere pecuniaſ ut cū multiſ diuitiis aſportatuſ captiuuſ locuplex
romaniſ oſtenderet quanta ſecretus parſimonia aurū eiſ cu-
ſtodiſſet. Nec ſolū galathaſ auertit ſ; et gentiū illiricum que
ſub ſpe trecentorum talentorū in ſocietatem belli aſciuerat cuiſ
legatuſ cum pecuniam numeraſſet et aſſignandū promiſiſſet
ac ipſe genthiuſ his confiſus in ſocietate belli ueniſſet facinus
īdignū atq; impium molitus ē perſeus captis n. romanorū
legatiſ et ī uincla coniectis qm̄ ſperabat ea de cā ad confectionē
belli nō amplius pecuniis opus fore in tantaſ compartum inimici
tiaſ gentium dimiſit et ꝯ fidem pecunias abnegauit et paulo
poſt ipm̄ cum liberis et coniuge regno pulſum .l. Anitio pretore
contra eum miſſo deſpexit. Aduerſus hunc talem hoſtem pro
fectus emilius ipm̄ quidem contēpſit potentiā tamē eiꝰ copiaſ
q; admiratuſ eſt habebat n. quatuor milia equitū peditū uō
in phalangem redactorū circiter triginta milia cum hiſ
copiiſ iuxta litus ſub ipō olimpo monte conſederat loci ſ et natiā
tutiſ et ab ipō ducta opera undiq; ſeptis aggeribuſq; munitis
ratuſ productione temporiſ et ī opia rerum ſe ꝯſulē fugatum
At emiliuſ ea quidem induſtria erat ut nihil ītemptatū re
linqueret et militeſ quidem nā hoſteſ nō metuebat īcrepuit
eiſq; edixit ne ſe ſupuacuiſ onerarent curis ſ; corpora ſua dū
taxat armaq; curaret ut ſic preſto forent cum tempus foret
uterent gladio romano more cum dux iuberet. Nocturnas
aut uigilias ſine armis fieri iuxit ut magis attente uigilarent

et metu

et metu hostium: sublata resistendi fiducia ad usus somnum pugna
rent. Cum uo exercitus aquarum penuria laboraret. na paucis
in locis et ea ipa mala in lutore surgebat. prospiciens emilius magnu mitis
q arboribus contectum motem olimpum supeminentem atq coiectas
ex uiriditate siluarum latices aquarum subesse lacus et exitus pluribi
locis sub ipo monte confodit qui statim affluenti aqua repleti fuerunt
At qui negant quidam aquarum fontes his locis subesse ex quibus
fluunt nec patefactionem aut eruptionem esse eorum. Sz gene
ratione atque concursum illic fieri liquescentis materie liquefieri
aut densita ac frigiditate humidam distillationem cu ex abditis flu
it ueluti mulierum ubera no quemadmodu uasa sunt lactis fluere
parati s3 uuso i illa nutrimento lac faciunt et emittunt sic fri
gida et cauernosa terre loca aquam no ptinent latente neqz sinus
hnt fluxus et undas ex preparato ac subiecto manantes princ
cipio: s3 spum premendo condensandoq i aquam conuertunt Vere
n. du loca fodiuntur magis emergit ac profluit pp contrac
tionem queadmodu3 ubera manu agitata mag resoluuntur
Qui hec dicunt materiam reciderunt ambigendi utru san
guis aialib insit an ad ipa uulnera spus cuidam aut carnis mu
tatione generetur ac profluat. Arguunt aut ad flumina dum
fodiuntur metalla subterra repta no paulatim collecta ut
decet s3 gnationem subitaneam hrent s3 pleno gurgite flu
entia et non nunq ex petra percussum fracta fluctus aqua
rum exiliuit ac subinde defuit. s3 hec satis Emilius quosda
dies quietem egit et tradunt i magnis exercitibus ita pro
pinquis nunq tantam fuisse quietem. Cum uo omib agitatis
perquisitis una duntaxat uiam qua ad hostes iri posset perceptitu
et per eam sine custodia relictam comperisset plus spe q non
custodiebatur q desperationis ob asperitatem locoru assumens

retulit ad consilium quid super hoc agendum esset. primus omnium qui aderant Scipio nascica qui postea princeps senatus fuit negocium susciperet ut per ea loca ad hostium castra euaderat secundo loco fabius maior et Emilij filios et erat admodum adolescens presto se obtulit eos collaudatos emilius dimittit milites que illis dat non quot polibius scribit: sed quot ipse nascica accepisse dicit in quadam epistola quam de his ad quendam regem perscribit inquiens. Erant extra ordinem sacrorum et latini nominis tria. preterea centum uiginti equites et cretenses tracesque permixti ducenti. His copiis nascica acceptis usus mare iter tenuit atque ad oraculum castra posuit quasi nauibus circumferri ad hostem deberet. sed cum necauissent milites et iam tenebre forent exorte patefacto primoribus consilio per contrariam partem longe amari eos ducit ac totam noctem proferturus sub ipsum phitium consedit. hic olimpi montis altitudo supra decem stadia attollitur idque signatur epigramate in hunc modum olimpi uertex est apollinis phitij templum altitudinem habet ad subiectum examussim mensuratam decem integra et unum pletro minus quadrupedali xenagoras eius Eumeli theleuci filius mensuram posuit tu uale apollo et da nobis bona. At qui dicunt geometre neque altitudinem montis neque profunditatem maris ultra decem stadia protendi xenagoras tamen non temere sed certa ratione et organis uidetur mensuram posuisse. Nascica igitur in hoc loco pernoctauit perseo nihil tale suspicante utpote qui emilio quiescente suo loco cernebat Cretensis quidam transfuga circumuentionem romanorum patefecit ad eius nuptium turbatus perseus castra quidem non mouit sed decem milia conductorum militum alienigenarum et duo milia macedonum milion

duce ad ea loca transmisit qui preuenire et siluas occupare pre
pararent in hos dormientes ad hunc impetum arci. factum polibius
tradit. Sed nasica arcem pugnam in montibus commissam magnum
quoque periculum fuisse scribit et a se quendam tracem in manus pro
fertum transfixum cecidisse. Superatis itaque hostibus Emilione abiectis
armis turpiter fugiente persecutus nasica simul milites adque
uolebat locum perduxit. magna ex hoc trepidatione apud hostes
exorta rex confestim retrorsum castra mouit non satis bona
spe: sed aut ibi ante pynam subsistere et fortunam experiri pugne
necessarium erat aut diuiso per urbes exercitu bellum suscipi
pere. Amici regem ad pugnam cohortabantur abundare illum mul
titudine hominum eosque pro coniugibus et liberis fortiter pugna
turos rege ipso presente et se periculis obiectante. His rationibus confirmatus
se ad prelium comparauit et loca delegit oportuna ac duces
perfecit quasi confestim pugnaturus locus planitiem habebat
phalangi aptam et tumulos frequentes ut ex alio in alium leuis
armature miles progredi et sese recipere ualeret. Eson per medium Eson
fluebat amnis et leucus qui licet non nimium profundi esta
tis. n. tunc erat extremum uidebantur tamen quoddam impedi
mentum romanis allaturi. Sed postquam Emilius cum nasica se con
iunxit et uisus hostem ire prexit conspecta multitudine et struc
tura ad pugnam parumper substitit secum ipse cogitans. At iuue
nes qui aderant pugne auidi ad ipsum properantes ne tempus
tereret rogabant. maxime uero omnium nasica et ob re
centem uictoriam elatus Emilium perurgebat. Sed emili
ridens si tua inquit iuuenta mihi foret aut multe quidem
uictorie eorum qui uicti sunt errata docentes prohibent me

extra non phalangem instructam paratamque dimicare. His simul dictis eos
qui prima in fronte erant in cohortes ordinari ut sit spem pugne adversa-
riis non auferret postremos castra munire et vallum iacere iubet
atque inde sine aliquo tumultu intra vallum omnes redux ea nocte cum
iam cenassent et quieti somno que indulgerent milites. luna obscurari
cepit et deficiente lumine multis que coloribus mutatis tandem nus-
quam apparuit. Romani ut consuetudo est tinniti aeris lumine ei revocan
nos et ignes multis facibus ad celum tollentibus nihil simile a macedoni
bus factum sed metus et horror castra eorum habebat ac sermo clam pro mil
ros serpat defectum regis prodigio ostentum significari. Emilius autem licet non
ignarus variorum defectuum et quomodo luna in umbram terre delata
certis spatiis absconderetur donec iterum relucesceret tamen ut religio
sus sacrorum cultor ut primo lunam decurtatam prospexit undecim tha
uros ei mactavit inde prima luce herculi sacra faciens non litavit
usque ad viginti hostias in vigesima prima apparuerunt signa victo
riam ulciscentibus promittentia. Sacro igitur centum boum et lu
dis deo votis acies per primores struxi iussit ipse declinationem solis ex
pectans ne adversus milites impediret tempus trahebat sedens
in tabernaculo ex ea parte qua ad hostes profectus erat aperto
circiter horam vero nonam alii dedita ab Emilio opera ut ab hostibus
initium pugne foret equum effrenem immissum et ex hinc persecution
principium prelii exortum alii dum pabulatu redirent romani
impetum in iumenta factum a tracibus dicunt. His septingentos primum
ligures auxilium impigre tulisse alios deinde aliis succurrentibus
quousque pugnari iusto prelio ceptum sit Emilius velut gubernator
proviti tempestate ac motu castrorum multitudine future certa
minis iam inde prospiciens ex tabernaculo processit ac legiones
acies pro tempore cohortatus est. At nasica in ea loca in quibus
pugnabatur obequitans cernit hostium quantum nunquam antea pu
gnam capescere. Primi erant traces quorum aspectum inquit

se per maxime horruisse hoies proceris corporib; albis ac lucentibus
scutis armatura oereacum rigeas induti tunicas graues enses
et destres rectos ac destris humeris quatiens iuxta reares conducti
milites subibant quorum uaria erant ac prinxta tela. tertium
erat agmē macedonum delectorum. hi fulgebant auratis armis
et nouis ac rutilantib; sagis quibus constitutis in ordine sple
dore quidem campum clamore aut adortantium et colles imple
uerant. tanta n. audacia et impetu adnitentium ut prima cada
uera nō amplius a duob; stadiis longe a romanorum castris occum
berent. facto primo impetu conspexit Emilius macedones qui
i agmine erant. salixas i clipeos romanorum adigentes nec ita
cominus pugnantes ut gladiis attingi posset nō numq; nō reter
tis peltis uno oīs signo salissis i umbone ac romanas acies pro
pellere. Hoc igitur robur phalangis et impetum cernens obstupu
it formidauitq; et postea quidem cōmemorare crebro solebat
se nunq; spectaculum terribili conspexisse. S; tunc hilarem se ac letum pu-
gnantib; ostenderet absq; casside et torace obequitabat. perseum uero
scribit polibius dum irruerent plurimi pre metu i urbem se retulisse ue
lato recessu q. sacra herculi facturus qui ignaua sacra ab ignauis
nō recepit neq; h. phas uota exaudit. phas et n. nō est eum qui nō ra
culatur signo potiri nec eum qui non permanet uincere nec eum
qui nihil agit bene agere n. malum felicē esse. S; emilij uotis
audierat deus orabat n. belli uictoriam arma uibrans et pu
gnans. Scribit tamen quidā possidonius qui se illis temporib; ac
rebus interfuisse affirmat et hystoriam hui9 belli pluribus locis ex
plicuit perseum nō timē nec p occasionem sacrificij acie ex
cessisse. S; q. ei pridie equino calce percussum crus fuerat
et i prelio quamq; nō bene liceret ab amicis prohiberetur i eme
sese phalangi permiscuisse ubi cum uaria utrinq; uolitaret tela
ferreum pilum incidisse in ipsum ex transuerso et latus dextrum

circa uulnus preteriiſſe. Carnē tamen ita perſtrinxiſſe ut multo tem
pore nota remaneret. hec poſſidonius de perſeo tradit. Romaī
cū aduſus phalangem acriter reſiſterent nec propellerē eā poſ
ſent Saius pelignorū prefectus raptū ſignū in hoſtes proiecit
pelignus uō neq. n. phas eſt italis ſignum deſerere ad eū locum
impetū facientibus graue erat certamen magnūq; utrinq; diſcri
men. nā hi p̄ frangere ſaliſſas enſibus et ſcutis repellerē conabant
et ipſiſ q̄dem manibus apprehendebant illi impetu ſaliſſarum
adnixi et romanoſ cum ipſiſ armiſ tranſuerberantes n̄ tegmē
clippei nec torax reſiſtere poterat corpora pelignorū ſup̄ caput
proiciebant nulla rōne ſʒ ferarum ritu ſʒ ī uulnera mortemq;
certiſſimā precipitantium Sic iam qui primo loco pugnabāt īterfectis
mota ē loco ſecunda acies nec tn̄ fuga erat ſʒ relatio pedū uſus
collem qui locus appellat^r adeo ut emilius hec cernens ueſtem
pro dolore abſciderit ut poſſidonius ſcribit ſʒ cū loca iniq̄ eēnt
et ob id phalanx utpote ī longum protenſa continentiā non hrēt
ſʒ quibuſdam ī locis rupta atque inflexa foret ut ꝯuenit ī magno
exercitu ac uariiſ pugnantibus inſultibus Emilius re ā aduer
ſa celeriter cohorteſ dimiſit eaſq; nō aduſus totam phalangē una pu
gna ſʒ ſpatia que īt hoſtiū aciem uacua erant occupare et pluri
bus ſimul locis manus conſerē iubet. Hoc primo ab Emilio ac
militeſ a primoribus docti ut p̄mū ſubeunteſ lata alioſ circūueni
enteſ robur et cōmune phalangis opus ſtatim deperiit in con
greſſib; āt in quib; uir aduſus uirum aut pauci aduſus paucos
credebant macedoneſ paruiſ gladiiſ pedeſtria ac ſolida roma
norum ī caſſum ferienteſ ſcuta ac leuibus ipſi peltis aduſus graueſ
ictuſ gladiorum ponderē et ui ad corpus uſque p̄ omīa arma deſcen
dentium reſiſtere nequeunteſ uertebantur. Hic dū acrit^r pugna
retur. m. filius Catonis Emilij genus cū multa fortitudinis
atq; audacie facinora pugnando edidiſſet tandē gladiū ami

sit. At ipse utpote adolescens alti corporis multisque disciplinis nutritus
et magno patri magne virtutis opera reddere obnoxius nequaquam sibi
vivendum existimabat si eius spolia potirent hostes. itaque per prelium
discurrens ubique amicum et familiarem conspiceret eum
sibi convocabat. parvo autem modum collecta iuvenum manu impetum facit
multisque vulneribus et cedibus hostem repellunt nudatoque loco gla
dium querunt quem postquam tandem in magno armorum ac cadaverum
acervo invenerunt exultantes letitia rursus maiori impetu in
hostes fecerunt. at tandem delectorum acies tria milia hi fuerunt
dum acriter resistunt et ordine stetit ad unum interficiunt. omnis alio
rum vero fugientium magna fuit strages ut campus quidem cadaveribus
Leucus autem fluvius sanguine compleretur. traditur in ea pugna
supra viginti quinque milia hominum cesa fuisse macedonum. romanorum
vero ut possidonius scribit centum ut autem Nasica octuaginta cecide
runt. celeriter autem hec pugna transacta est. hora enim nona pugnari
ceptum decima victoria parta. reliquum diei insequendo hostem
consumptum. persequuti autem per centum et viginti stadia nocte iam
facta redierunt. aderant obviam ministri cum luminibus et leti atque
exultantes magno clamore ad sua quemque tabernacula ederee
et lauri ornata sertis reducebant. Sed in cetero eorum letitia
ingens ipsum ducem habebat luctus ex duobus filiis qui cum eo milita
bant minor necubi apparebat quem maxime amabat et virtute
inter fratres prestare cernebat. Qui cum autem audax et glorie cupidus
et nimis admodum adolescens erat omnino eum temere hostibus pugneque
permixtum periisse suspicabatur. ad luctum ducis universus exercitus
hoc sentiens commotus est et ex cena prosiliens partim ad ipsum ducem
partim ad perquirendum adolescentis corpus inter cadavera cum lumi
nibus concurrerunt. Mestitia exercitum clamore campos habebat
Scipionem vocitantium. Nam ab ipsa puericia inter ceteros natura longe ex
cellebat dabatque expectationem futuram tam domi quam militie probita
tis. diu perquisitus conclamatusque sero tandem cum iam desperatus

eſſet cum tribus aut quatuor familiaribꝫ plenus recenti hoſtium
ſanguine a pſequutione redibat tanq̄ generoſus catulus ob aui-
ditatem pugnandi raptus. Hic ē ille Scipio qui carthaginē nu-
mātiamq̄ʒ euertit uirtute ac potentia etatis ſue longe princeps
Emilio itaqʒ ī uictiā pn̄tis felicitatis ī aliud tp̄us fortuna diffe-
renſ tūc plenā ex uictoria letitiā preſtitit. perſeus ex pidna
ī pellem aufugit equitatu ſibi adhuc integro. Sʒ cum pedites
ut ignauos et proditores equites obiurgarent. rixaq̄ʒ exorta eos feri-
rēt et ex equis deturbarent ueritus eā turbā perſeus uiā de-
clinauit ac purpureā ne conſpicuus ob eam foret reciſam ante
ſe poſuit et diadema ī manibꝫ geſtabat. Ut uō deſcendit ex equo
et ipſum manu trahebat ex amicis alt' p occaſionem quaſi ſolutum
religaret calceum altum equū ſtabulāu fingens alt' potu indigere
non tam hoſtes q̄ ipſius inſolentiam metuentes. Querebat n. ī eos
referre crimen cur uictus eſſet aufugerunt. cum uō iam ſub
nocte pellam ueniſſet ac duos pfectos erarios obuiā ꝯuenientes
ac partim reprehendentes ptim ī tempeſtiue conſulentes ipſe
propria manu ceſato equo ambos necaſſe nullus ex amicis apud
eum remanſit pter Euandrū crethenſem et Archedemum
etolum et Memnonē boetiū: ex militibꝫ et' nulli pter crethenſes
remanſerunt nō beniuolentia aut fide ſʒ auro regio inhiantes
promiſerat. n. illis ī predam multa pocula crathe caſqʒ aliāque
auri et argenti ſupellectilem ī ronem quinqaginta talentorum
In amphibolim inde profectus ac poſtea in alexum metu aliqtulū
remiſſo ī familiarem redicit auaritie morbum. Querebat' n.
apd amicos q quedā alexandri magni pocula ob ignorationē crethen
ſibus dediſſet rogabatqʒ mitis latrinis ut ſibi redderent pe-
cuniamq̄ʒ pro eis pollicebatur ſe daturum nec latuit illos qui
probe ipm̄ nouerant aduſus crethenſes cretica arte uti. Coſuō
qui hec crediderunt decepit et poculis receptis nihil reddidit

ſi amicis auferens que mox hoſtes ſpiturii erant i ſamotraciam na
uigauit ubi ad templum confugiens aſylo ſe tutabatur Macedones
alias ſemꝑ fidi regibꝰ dicuntur fuiſſe. Sꝫ tūc ueluti ſtipite fracto
omēs ſimul ruentes intra duos dies totam macedoniam emilio dedi
derunt. Videtur hoc atteſtari illis qui felicitate quadā res illas
geſtas affirmant. Atteſtatur et illud qđ in fabula dicitur. Nā ubi
sacra faciente emilio fulmē aram percuſſit: ſacraqꝫ cōbuxit
Sꝫ omīa ſigna que quarta poſt pluū die ſuꝑ memorauimꝰ longe
ſupat fame miraculum que quarta poſt pluꝫ die profligatū ēē
perſeum rome uulgauit populo .r. ro. ſedente i ſpectandis eque
ſtriū ludorum ſubito rumor a pma theatri pte manauit Emi
lium ſupatis magno certamīe hoſtibꝰ totam macedoniā cepiſſe. is
ꝙ ſermo confeſtim ꝑ totū diffuſus theatrū letitia exultatiōn et
gratulatione ciuitatem repleuit. poſtridie tn̄ cū ei fame certus
nō extaret autor reſedit paucis uō poſtea diebus cū certiſſimꝰ
nūtius ueniſſet miraculi fuit loco res antea rome audita
que i mendacio ueritatem habuerat. Dicitur et ei pugne que
apud ſagram cōmiſſa ē   ea ipa die i peloponeſſo fa
ma fuiſſe et plateis eius ꝙ i mihale. tūc quoqꝫ cū romāi tar
quinios latinosqꝫ profligarent conſpecti ſunt paulopoſt ab exer
citu uenientes uiri duo proceras ac uenuſtis corporibꝰ ea que
i prelio geſta fuerunt nūciantes creditūqꝫ ē fuiſſe illos pollucem
et caſtorē ac primis qui obuiauit illis i foro equos multos fluen
tes ſudore ſiccantibꝰ cū illa que de uictoria nūptiabant nō crede
ret ipi leniter arridentes barbam ei manibꝰ attrectaſſe et
ex fuſca i flauā conuertiſſe. per huc modum et aſſertioni ſue fidē
et uiro cognomentum enobardi fecerūt. His uō omibꝰ id quod
etate noſtra contigit fidem ac rogat. Nā cū Antoniꝰ ad omina
no defeciſſet magnūqꝫ a germania bellū concitaſſet romeqꝫ tre
pidaretur ex inſperato fama uictorie apud populū ro. uulgata

ẽ Antoniũ ipſum cum omnib; copiis interiiſſe tantaq; huit fidez hic
rumor ut multi ex p̄moribuſ ī molarent. S; cum paulo poſt au
tor hui⁹ nuptij quereretur inuentuſ eſt nemo ſed alter altuz
allegabat. tandem uō quia ī plebem ueluti inuaſtum q̄ddam
pelagus ſermo referebatur apparebatq; nullum certũ h̄uiſſe
principium ſubito huiuſmodi fama prolapſa ceciderat. S; po
ſtea domitiano cũ exercitu ad bellum proficiſcenti in ipſa
uia certuſ nuptiuſ et littere de uictoria aduerſus Antonium
h̄ita uenerunt dies pugne idem fuerat ultra diſtantiã uiginti
milia ſtadiorum. Hec ita fuiſſe nemo etatis noſtre ignorat. Cũ
igitur in ſamothraciam ſeſe perſeus recepiſſet. gn. Octauiuſ emi
lij legatuſ ad ea loca profectus a uiolatione q̄dem aſyli ob eorum
honorem deorũ abſtinuit a fuga tam̄ ac remigatione perſeum
arcebat. S; ille clam p̄ oroandem crethenſem lembũ quendã ha
bentem latent' partus ut aſportaretur cum aurum et argen
tum ad littus p̄miſiſſet Oroander arte cretica fretus gazam
quidem ſuſcepit: ipſm̄ uō perſeum cum liberis et coniuge ac ne
ceſſariis noctu ad mare certa hora uenire iuſſum Anticapa
ta nauigatione reliquit. perſeus igitur qui paulo ante miſe
rabiliter confectus erat pp angustiam feneſtre ex qua cum
liberiſ et coniuge laborum inſuetus euaderat miſerabiliuſ
in ipō littore afflictus eſt cũ Oroandem iam altum tenentez
aſpexit et iam dieſ eluxerant. Itaq; omĩ ſpe orbatus una cum
coniuge ad muroſ fugit. Nec latuit quidem romanoſ ſ; pre
uenit. Natos aũt capiens Anthoſion quidam antea perſei fami
liaris tuc proditor romaniſ tradidit per quos coactus eſt ue
luti fere captis earum pullis ī manſuerire et ſuũ corpuſ hiſ
permittẽ qui natoſ tenebant. fiduciam ãt ſup̄ omſ in naſcica
h̄nſ illũ ut ſe ei dederet uocabat. S; cum naſcica nõ adeſſet
queſtus fortunam ſuam. tandem neceſſitate compulſus

ſe Gneo tradidit tūc maxime patefaciens eſſe inſeruitū quoddam auari
tia ignobilius cupiditatem ſcilicet uiuendi per quam miſericordiam que
ſola cadentibus a fortuna non aufertur amiſit. Oeterū n. ut ad emiliū
duceretur cum id factum eſſet et emilio utpote uiro ex alto dignitatis
gradu prolapſo aſſurgeret et obuiam cum amicis procederet ac ad illi
caſum inlachrimaret perſeus turpiter in terram procumbens et genua
emilij amplectens uoces emiſit degeneres quas non tulit emilius nec audi
re preces ſubſtinuit ſ3 triſti uultu illum intuens quid fortunam inqt mi
nime liberas ſic te gerens ut nō p̄ntis fortune ſ3 ſuperioris indignus exi-
ſtimeris cur meā deturpas uictoriam et res a me geſtas ī minuis oſtē-
dens te ipſum degenerem nec ullo modo tanti ut aduerſus romanos di
gnus hoſtis fuiſſe uidearis. Virtus profecto cadentiū magnā hꝫ reue
rentie partem et apud hoſtes. Ignauia uō et ſi fortunata ſit tn̄ uitu
peratione non caret. His ſimul dictis attollens emiliꝰ eum ac dextra
capiens illū tuberoni tradidit. Ipe uō natis ac generis et aliis ne
ceſſariis iuuenibus ī ptem ſeuocatis multo tempore ſecum tacitus
ſtetit ut pleriqꝫ ex his qui aderant mirarentur. Exorſus deinde
ſermonē de humanarū rerū conditione An debet quiſqꝫ inqt
p̄nti felicitate confiſus ſupbire ꝗ gentem aut ciuitatem aut re
gnum aliquod ſubegerit p̄ns quidem fortune mutatio exemplū
nobis ante oculos ponit cōmune ī becillitatis humane et nihil du
rabile neqꝫ firmum eſſe docet. Oeterū n. tpūs ꝯficiendi homibꝫ ee pot
cū et eo tempore ꝗ aliis dominatur fortuna maxime ſit for
midanda que letis rebus tantā admiſceat calamitatē. Alexā
dri ſucceſſionem qui ī altiſſimū dignitatis culmen euaſit unius
hore particula euerſam conſpicitis. Nō ne tot exercitibꝫ tot eque
ſtribus pedeſtribꝫ qꝫ copiis nup circūdatū regem nūc poſt captum
et eūſum ex manibus hoſtium cibū ac potum deriertum capere
cernentes ob uictoriam partam inſoleſcere deſinetis nō ne humiles
ac remiſſos preſtabitis ſemp cum timore expectantes inquē finem
p̄ntis felicitatis ī uidiā fortuna ꝯutat. multa huiuſmōi diſſerens E
milius iuuenes dimiſit iuuenum ī modicum iactantia ac ſupbia coer

tanquam freno quodam repressa. post hec exercitum ad quietem se autem ad spe-
taculum grecarum civitatum convertit populos relevavit res p-
eorum stabilivit muneraque eis dedit aliis frumentum ex regiis horreis
aliis oleum tantum non receptum tradunt ut rogantes sumentesque prius
defuerint quam loca in quibus positum erat vacue fierent. Inde delphis super
columnam magnam quadratam ex candidis lapidibus compactam super
quam persei statua poni debuerat suam poni iussit in hoc victos victori-
bus cedere equum erat. In olimpiam illam celeberrimam emisit vo-
cem O merer iovem phydiam effixisse. Inde cum decem legati ro-
ma venissent macedonibus agros reddidit et civitates liberas suis
legibus reliquit centum talenta populo romano pendere iussis qui supra duplum
regibus pendere consueverant. Spectacula vero multiformia et cer-
tamina et sacrificia et insuper super epulum ac cenas edidit suppedi-
tante copia rerum ex regia in quibus ordinem ornatum pensationes et
gratulationes et cuique secundum dignitatem et benivolentie sensum se di-
ligenter et curiose ostendit ut greci admirari compellerentur quod non totos
expertes studii accurationisque reliquerit. Sed tantis rebus gestis et mi-
nima diligenter curaret. at Emilius ob hec ipsum gaudebat quod in ma-
gno splendidoque apparatu dulcissimum ipse spectaculum presentibus erat et
admirantibus eius curiositatem dicere solebat eiusdem esse animi et
aciem et convivium bene struere illam ut formidolosius hostibus hoc ut amicis
gratius esset. laudata est magnitudo animi ac liberalitas eius quod multum
auri multique argenti ex regia gaza coactum non aspicere qui-
dem voluit. Sed questoribus negocium dedit ut in publicum refer-
rent libros duntaxat regios natis litterarum studiosis di-
ligere concessit in donandis vero militibus quorum opera in bello clarum
erat tuberoni genero fialam quinque talentorum pondo largitus
est hic est ille tubero quem diximus cum sexdecim cognatis modicis edi-
culis et parvo fundo vixisse idque argentum ferunt primum in emilium or
familiam devenisse virtute et honore partum. Cumque omnia bene ordi-
nasset complexus grecos et macedonas ut memores forent liberta-

tis quam a populo ro. habebant ac ut eam concordia et beniuolentia con
seruarent hortatus in epirum transiuit ex decreto senatus militibus
predam in his concessurus ut autem omnes simul euaderent ex quacumque
ciuitate principes uiros ad se uocauit iussitque ut argentum et aurum quod
in templis domibusue foret statuta die conferrent singulisque custodes
dedit ex tribunis militibusque. Quo facto milites predatum discurrere
iussit ita una hora centum et uiginti milia hominum captiua septu
aginta uero urbes direpte fuerunt. Ex hac tanta uastitate non plus quam un
decim dragmas in singulos milites peruenisse dicunt. Hec emilius
contra naturam suam mitem et bonam perpetratus in horicum descendit atque in
italiam cum exercitu transgressus per tiberim nauigauit in pretoria
naui sexdecem remi honerata armis ac spoliis hostium. At milites
clam infensi quod non tantum prede quantum cupiebant ex regiis pecuniis su
scepissent emilium criminabantur superbe et imperiose se gessisse.
Quod cum sentiret Sergius galba emilii inimicus qui tribunus in
eo exercitu fuerat illos concitauit ut triumpho aduersarentur. Sic igi
calumniis in emilium iactatis militibusque ad maiorem indignationem com
pulsis postulauit a tribunis plebis aliam diem adducendum quoniam illi quattuor hore
superessent nec tam breui tempore explicari ea posset. Sed cum non assentire
tur tribuni ac iuberent ut si quid galba dicere uellet tunc presens diceret
exorsus plenam conuitiis orationem tempus diei consumpsit et obortes
tribuni contionem demiserunt. Milites apud galbam concursu facto
absente die capitolium occuparunt. ibi namque tribuni contionem ha
bituri erant. Inde cum prima luce in suffragium iretur prima tribus
triumphum emilio denegauit quam rem cum et patres et pars plebis
grauiter ferret et fraudari triumpho emilio indignaretur
cetera multitudine inutilibus uerbis sequente primores senatus se inuicem
castigabant et nisi sceleri et petulantie militum obuiaret eo
rum propter audacia reprimeretur nihil attentaturos post hac predicabat
facto igitur agmine ad tribunos irrumpunt petuntque ut suffra
gia parumper demorentur. subsistentibus itaque cunctis ac fro

silentio. M. Seruilius uir consularis qui uigesies ter singulari certami
ne pugnauerat et semper hostem trucidauerat tunc pro Emilio assur
gens dixit. Quales imperator fuit Emilius paulus tunc se maxime intel
ligere quando ita improbo et malo milite fretus res tam amplissimas
gesserit admirari autem se si abilleno ac libera triumphis populus
ro. et manus contentus macedonie regem et Alexandri ac philip
pi gloriam romanorum armis sibi captiuam duci parum pendat. Es
se uero absurdum quod nuper cum uictum esse perseum incerta fama uul
gasset supplicationes diis immortalibus ut hec uerba forent prestiterint
Reuersi autem imperatore populi ro. cum certa uictoria et deos ho
nores et se ipsos letitia ac festiuitate uelint quam uecari magnitudi
nem rerum gestarum aut spem regis intueri. At qui presta
bat obilli misericordia inquit quam ob inuidiam ducis triumphum
impedire usque adeo corruptos esse mores ac prolapsam discipli
nam ut Sergius galba homo nitida cute et corpore propter conti
nuam umbram molli nec unquam uulnus perpesso de re militari
ac fortitudine aut ignauia imperatorum uerba facere audeat contra eos qui
uulneribus innutriti sunt et simul hec dicens pectus aperuit incre
dibili cicatricum multitudine repletum ac deinde conuer-
sus non nullas ex his partibus que non satis decore nudari possunt
compressit. tu inquit ad hec rides galba: ego autem glorior
apud po. ro. Nam pro his noctu dieque militando hec uulnera su-
scepi. Sed age uoca istos in suffragium ego autem descendens sequar
eos ut cognoscam improbos et ingratos ciues. His uerbis ita deci
disse ac reprexos fuisse illorum animos ut statim omnes tribus Emi
lio triumphum decreuerint. triumphum uero in hunc modum
egisse dicitur. po. romanus nitidis uestibus ornatus in equestribus
theatris quos arthos appellant et in locis circa forum adipum
ex ligno fabricatis et in aliis urbis partibus per quas transitu
rus erat sese ad spectandum triumphum comperauerat omnia

urbis templa erant aperta et sertis uaporibusque repleta suauibus mul
titudo ministrorum manibus baculos gestantium ex medio dimo
uebat turbas et uias puras apertasque prestabant transmissio in tres
dies diuisa fuit prima .n. dies uix tabulis signisque et colossis trans
mittendis suffecit que uehiculis ducentis quinquaginta porta
bantur Secunda die pulcherrima et ornatissima macedonum
arma multis curribus delata fuerunt splendentia ere et fer
ro abstersa atque ita disposita ut casu maxime cecidisse uiderentur
galee scuta thoraces grece et crethenses pelte et tracia
phallere et equorum frena ac enses nudi per ea iacentes et salixe
infixe ita ut nec uictorum quidem absque metu foret aspectus post
hos armorum currus tria uirorum milia sequebantur qui numisma
ta ferebant argentea uasis trecentis quinquaginta. Vas erat quod
que trium talentorum quatuor uiri singula uasa portabant. Alii crathe
res argenteos certo ordine deferebant. Tertia die prima luce tubici
nes non mite neque suaue sed bellicum sonantes preibant post eos
centum et uiginti boues auratis cornibus ducebantur uittis ornati et
sertis ducebant eos adolescentes succincti ad imolandum et pueri aureas
et argenteas patinas sacrificii gratia deferebant post eos sequebantur
qui aureas gerebant numismatas in uasis trium talentorum ut supra
de argenteis numismatibus dictum est numerus uasorum fuit tria et
octuaginta his succedebant qui auream phialam decem talento
rum quam Emilius ex lapillis effecerat. Item qui antigonea et se
leucea et thericlea et persei uasa aurea portabant. post hec persei
currus et arma et diadema super armis positum. Deinde post mo
dico interuallo nati regii ducebantur et cum ipsis alumnorum et ma
gistrorum et pedagogorum lacrimans turba qui et ipsi manus
tendebant ad ciues et pueros eadem facere et precari docebant erant
masculi duo et una femina non satis in fortunium suum per etatem in
telligentes que res magis homines admisericordiam commouebat mul
tique lacrimas ciues ad illorum aspectum demiserunt. fuitque leti-

tię et doloris plenū spectaculū donec infantes transierunt. Ipē at per
seus post filios et ministros ibat fusca ueste amictus et crepidas more
patrio hn̄s pp magnitudinē malorū attonitā trepidus ac mente tur
batus post eū ibat amicorū et familiariū mesta turba misera
biliter ipsum intuentes lachrimantesq3 ut et plerīq3 ex romanis la
crimare ob misericordiam compellerentur. At qui postulasse per
seum ab Emilio ferunt ne ī triumpho duceretur. S3 Emiliū ignauiā
eius irridens f respondisse ferunt olim id ī ipsius potestate fuisse ac
et nūc ēē ostendens morte hanc ignauiā ēē fugiendam qn̄ nō su
stinuit uir ignauus. S3 uana quadam spe ductus ps suorum spoliorū
ēē maluit post eum differebantur aureę coronę quib3 Emiliū
ūtutis gr̄a grecę donauerāt ciuitates. Erat numerus coronarū
quatricentum. Deīn Emili ipē sequebatur ornatissimo currui ī
uectus uir et citra huiūmōi honorem spectaculo dignus purpurā
auro contextā indutus et lauri ramum dextra gerens. ferebat et
laurū milites circū Emilij secundū legiones cohortes et manipu
los subsequentes ptim carmina patria psallib3 ꝯmixta et risu ptim
Emilij laudes canentes. Quem intuebantur et admirabantur oēs
nec quicquā ex hīs que hoī optanda forent sibi deesse admirabantur
n̄ fortasse demonium aliquod magnificis et amplissimis rebus
sortem habet detrahendi ac ita miscendi humanā uitā ut ma
lorū oīum nullo mō sit expers. S3 uix homeri sententiā cū his
optime actū ēē uideatur quos fortuna aduersaque ptem ꝯtinit
Erant emilio quatuor filij duo in adoptionē familiarū aliarū
uidelicet dati Scipio, Scilicet et fabius duo et ī potestate retenti quos ex
alia uxore postea susceperat. Horum at quinq3 diebus ān trium
phum alter mortuus est sexdecim annorum ętate. Alt' qui
duodecī annorū erat tertia die post triumphū decessit n̄ fuit quis
q, ciuis qui huius filiorum Emilij casum non dolent' ferret
orrens fortunę crudelitatem que nō uerita sit in domū

letitia festiuitate et gloria plenā tantum luctum induxisse lachri
masq; et dolores et luctus uictoriis gaudiis et triumphis admiscuis
se. Emili tñ certa rōne fretus fortitudinē et constantiā nō solū
aduersus arma et saliuas sz aduersus omnem fortunā parat hēam
ratus ea moderatione mortes filiorū tulit ut secundis aduersa
et domestica publicis obcurata magnitudinē et dignitatē rerū
nequaq̄ deturparent pmi ex filiis qui defūctus est stati post
triumphū funus triumphauit: alio deinde post triumphū defuc
to pplm ro. ī contione uocauit ibiq; ubā fecit nō hōis qui indi
geret consolatione sz qui plane ciues suos ob eī ī romahum lugen
tes consolaretur. dixit n. humanarū se quidem rerū nihil un
q̄ ptimuisse sz diuinarū et infidā et uariā rem semp fortunā
expauisse ac ptīs in tanta obsecundatiō pntis belli tantoq; pro
speritatis cursu mutationē quandā et reflexum ptimuo fōmi
dasse. Unius inquit diei spatio Ionium a brundusio transgres
sus corcyre applicuj quinta exinde die ī delphis sacrificio
parto aliis quinque diebus copias ex macedonia suscepi lustra
toq; exercitu ac rem gerere adortus quinta decima post hoc
bellū die confeci suspecta nihil erat fortuna ppter tantā prosperi
tatem et uictorem exercitum et spolia et reges captiuos
rediens deportarem ī ipā nauigatione aduersum aliquē casū
formidaui. Sz cū iam saluis rebus incolumisq; ad uos delatus
urbem letitia et festiuitate compleri aspicerem adhuc fortu
nā suspectam hūi quā sciebam nihil puerū nihil sine īuidia
hōibz gratificari consueuisse nec aīus meus pro re p. dusti
mere destitit q̄ aduersus casus me priuatim īuasit optimos filios
quos mihi solos delegeram successores continuatis prope fune
ribus extuli. Nūc aūt sine pículo esse uideor ac bonā spem mihi
propono et arbitror iam populi ro. fortunā sīn labe pmansura

qui satis inuidie mihi atque meis pro anteriori prosperitate illam inflixit
nec est iam insigne minus humane fragilitatis exemplum is qui
triumphauit quam is de quo triumphatum est perseus siquidem etiam uictus
filios habet. Emilius autem uictor suos amisit. Huiusmodi genero
sam ac magnificam orationem non ficte sed ex uero animo ferunt Emilium
in concione habuisse. Perseus autem omni studio adnixus nihil obtinere potu-
it ut ex carcere in letiorem ac minus sordidum traduceretur locum
ubi custoditus quemadmodum plerique tradunt merore animi confec-
tus est. Alii mortis ei nouum scribunt modum. Nam milites custodie
prefectos et aduersus eum infensos postquam aditus nocendi et affligendi
potestatem non habebant somno arcere constituisse et uices inter se par-
titos diligenter obseruasse nec dormire posset quoad per hunc modum
confectus interiit. interierunt et filiorum duo tertium uero Alexandrum
nomine circa torreumata et subtiles diligentie opera fuisse tradunt
doctumque et latinas literas et sermonem romanum scribam fuisse magistratuum
seque in eo ministerii genere aptum in primis ac urbanum prestitisse ob
res in macedonia gestas bello summa populo romano gratia Emilio accessit tantum
enim auri argentique in erarium Emilius retulit ut nullum tributum ciuibus per
solui opus fuerit usque ad hircii et panse consulatum qui circa primum cesaris
et antonii bellum consules fuerunt. Illud quoque admirabile est ac pre
cipuum emilii factum quod quamuis egregie cultus obseruatusque a plebe romana tamen
in optimatum perseuerauit parte nec gratiam plebis quicquam dixit aut
fecit umquam ob quod popularis haberetur. Quod utique posteriori tempore appius
claudius Scipioni exprobauit. cum enim ipsi duo totius ciuitatis amplissi-
mi uiri censuram peterent Appius senatum et optimum quemque secum trahe
bat. Hec namque rei publice partes appie familie ueteris erant At Scipio
et ipse per se potens et studio plebis romane plurimum utebatur. Descendentem
igitur in forum stipatum hominibus ingenerosis quidem ac seruilibus et
maxime turbulentis popularibusque qui ambiendo et clamando cuncta
uiolenter exequebantur ut conspexit appius magna uoce o paule inquit
emilii non ne et apud inferos siquid illic nostrarum census est et indi—

gnaris q̄d filius tuus mallius tonsor et licin⁹ declamator ad censuram
perducunt. S3 scipio extollendo populū ro. ei sibi beniuolentiā compa
rauit. Emili⁹ at licet assertor optimatū esse nihil omīn᷑ a plebe
maxie amabatur q̄ usq̃ p̄us popularem se prestabat ad adusum ē ꝑter cete
ros honores in censura sibi demandata qui magistratus maxime
omnium reuerentie ē plurime ꝙ potestatis cum in aliis rebꝫ tū ad
morū emendationē nā e senatu remouē ī meritos pot et principem
perscribē auferre equos ī notare ī famia censum agere lustrū
condē. Censa sunt aūt sub emilio censore ciuiū capita tercētuz
septem milia. cccc.l.ij in senatu m. Emilium lepidum protulit
qui quat ann princeps fuerat e senatu tres amouit inter censis equi
tibus romaīs et mediocritatem seruauit tam ipē q̄ collega el marti
us philippus. S3 cū censuram iā magna ex pte gexisset ī morbū incidit
ab initio quidē periculosum: tractu at temporis periculo attamē
longū atqꝫ molestū factus ī consilio amicorū cū ueliam i sesf italie
locus nauigasset ibiqꝫ plurimū tpus ī oris maritimis ꝗetisqꝫ regioi
bus romā traxisset desiderabat pn̄tiam ei populi ro. ac sepe in
theatris uoces gliscentium uidē illuz emittebantur. Itaqꝫ cū iā satis
conualuisse uideretur et sacrificia quedam necessaria instarent ī ur
bem rediit curauit qꝫ egregie una cū ceteris collegis circūfuso ut pla
udente po. ro. postridie pro sua ualitudine sacra fecit quibꝫ ꝯfectis
reuersus domum cum accubuisset prius q̄ sentiret et ire quiuē mente
alienatus est ac subinde tertia die e uita migrauit nullius earum
rerum expers que ad felicitatem ptinē putantur. Nam et fun
eius ita celebratum est ut optimus ac beatissimus ornatus adesset
H Hoc aūt nō erat nō aurū nō ebur nō magnificentia sumptus
apparatusqꝫ sꝫ beniuolentia caritas gr̄a nō solum ciuiū uerum
et hostium. Quot quot .n. aliquo casu rome aderant ex hiberia
liguria macedonia iuniores quid natu robustis corporibꝫ phe
retro ~~subeuntibus~~ eū ipm extulerunt maiores at sequebant
uocitantes benefactorem et seruatorē ciuitatū suarū non solū .n.
ī uictoria sese mitem et humanū prestitisse dicitur: sꝫ ī omi re-

liqua uita eos tutatuſ eſt ac ueluti pro domeſticiſ et neceſſariiſ ha
buit patrimoniũ uix triginta ſeptem miliũ reliquiſſe tradũt
ĩ hoc amboſ ſibi filioſ heredeſ ĩſtituit. A ſcipioni tamẽ qui erat
iunior natu integra hereditaſ frã conceſſa ẽ cũ ipẽ ĩ fami
liã africani locupletiorem adoptatuſ tranſiſſet tales moreſ
uitaq; pauli Emilii fuiſſe dicuntur.

Finis.

tioso mihi nuper ac lectitare aliquid cupienti, oblatus est libel
lus quidam ex plutarcho traductus in quo Ciceronis vita
contineri dicebatur: illum ego etsi sepe alias diligenter et accurate
ingreco legeram: tamen latine quoque videre gliscens: cum percur
rere cepissem: animadverti statim: neque enim obscuri erant errores: eum
qui transtulerat bonum quidem virum: sed non satis eruditum partim igno
ratione grecarum litterarum inmultis prolapsum: partim ariditate
quadam ingenii parum respondenter: plurimaque confuse etiam ipsa inquibus
non prolapsus fuerat transtulisse. Itaque indolui equidem Ciceronis vicem
et mecum ipse indignatus sum quod ineo viro littere nostre adeo mu-
te repperirentur qui vel solus ne mute forent sua diligentia presti-
tisset. Huic ergo deformitati latine lingue pro virili mea succurrere
adgressus confestim greco volumine requisito traductionem exintegro
incoavi: et opus sane abinitio satis luculente procedere videbatur: mox
vero ut progredior et ob convertendi diligentiam singula queque magis
considero: nec ipse quidem plutarchus desiderium mei animi penitus
adimplevit quippe multis pretermissis que adillustrationem summi
viri vel maxime pertinebat cetera sic narrat ut magis adcomparationem
inqua demostenem preferre nititur quam adsincerum narrandi iudicium
accomodari videantur. Nos igitur et plutarcho et eius interpetrati-
one obmissis exhis que vel apud nostros vel apud grecos de Cicerone
scripta legeramus abalio exorsi vitam et mores et res gestas eius
maturiori digestione et pleniori notitia non ut interpetres: sed pro nostro
arbitrio voluntateque descripsimus. Est autem nihil anobis temere in
hystoria positum: sed ita ut desingulis rationem reddere et certa probati
one asserere valeamus. Ortamus autem et provocamus omnes qui ingenue

eruditi elegantius et probabilius de eiusdem rebus scribere poterunt ut parenti et principi litterarum nostrarum suum quisque scribendi studium certatim exibeat. Nam neque ulli magis littere nostre debentur quam illi qui eas nobis tradidit. Et mihi tanti est Ciceronis honor ut vehementer exoptem a multis de hoc ipso scribentibus superari :·

Tulliorum familia que et Ciceronis postea cognomentum recepit municipio arpinati originem traxit. principium vero generis in tullium volscorum rege satis constanti opinione hominum referebat. Sed quamquam a regibus orta tamen ut res mortalium fluxe ac labiles sunt procedente tempore claritate nominis extincta ignobilitatem adusque consenuisse videtur: non tamen adeo demersa quin et rome supra vulgus emergeret ac equestrem locum qui medius inter patres et plebem habebatur obtineret: Qui primus ex ea familia Cicero cognominatus est in extrema nasi parte eminens quiddam in figuram ciceris habuit. a quo sibi cognomen inditum atque per eum in posteros gentilesque transfusum. Ex hac itaque familia Cicero orator natus est patre tullio matre Olbia que et ipsa honestis parentibus orta memoratur. Nam illum fecerunt tertio nonas ianuarias. Q. cepione et Serrano consulibus: nec multo post nutrici eius fantasma visum dixisse magnam rei p. salutem ab illa nutriri. Hec autem ab initio spreta et pro nugis habita ipse mox vera fuisse oracula ostendit. Nam ut primum per etatem discendi capax fuit extemplo magnitudine indolis inter equales excellens tantam ingenii famam consequutus est ut plerique graves viri rumore puerorum conciti ludum adusque proficiscerentur ad eum Ciceronem de quo tam multa audierant intuendum. pueri autem ipsi in honore tanto illum habebant ut constet quosdam ex nobilitate romana a parentibus rusticioribus obiurgatos quod honoris causa medium per via stradu cerentur prima eius commendatio circa poeticam eluxit. Nam et puer adhuc libellos quosdam versibus edidit. et fuit ei

studium prima etate ad carmen poetasque ardentius: crescentibus mox annis solu
tam orationem utpote ampliorem et disertiorem et nature sue magis con
sentaneam adamavit: preceptaque dicendi avidissime prosecutus est: sed
et ceteris litterarum studiis ita inhesit ut nihil pretermitteret
quod ad institutionem summi futuri viri pertinere videretur: Puerilibus stu
diis peractis philosophie et iuri civili operam dedit: et in philosophia
quidem philonem achademicum Clitomachi discipulum tunc rome com
morantem preceptorem habuit. In iure autem civili a Mutio Scevola
iurisconsulto viro prestantissimo institutus est. post hec sub Silla duce
marsico bello militavit: perseverassetque in armis diutius nisi ever
sionem rei p. et Sille dominatum iam inde prospiciens impro
basset. Finita igitur militia in urbem reversus exitum rerum
quietus expectabat donec Silla iam rerum potito Sextum Roscium parri
cidii reum et ab ipso Silla vehementer oppugnatum in iudicio defen
dit. Hanc primam causam publici iudicii egisse ferunt tres et viginti
annos natum ut Cornelius nepos tradit. Ut autem alii quidam scripse
runt xxvi et viginti. Cum tamen annum ante causam pro Quinctio pro
quinto apud Gallium aquilium iudicem dixisset. Ego Cornelio ne
poti utpote coetaneo et in primis familiari et eius diligentia ho
minem observanti magis crediderim. Metuens inde Sillam quem
in rosciana defensione offendisse cognoverat in greciam abiit
dissimulata causa veluti curande valetudinis gratia proficisceretur
res oportuna videbatur quod gracilis et valetudinarius erat et sto
maci debilitatem non nisi levia quedam cibariola et ea sero tan
dem admittentis: Ut igitur athenas pervenit pedotribis et gymna
siorum magistris se tradens corpus ad robur valitudinemque redegit:
Vocem etiam que sibi prius asperior fuerat adductione oris
naturaque emendavit. Ibi studiis ardentius incumbens Antiochum
aschalonitem audivit: eius in dicendo copia suavitateque pellectus

Nam illa que is philosophus innouare instituerat haud quaquam probabat iam n.
anthiocus deserta achademia stoicorum inuenta plerunque fouebat. In
his itaque studiis egregie florentem etiam philosophiam profiteri ac
perpetuo in ea persistere meditantem nuntius de obitu Sille et fre
quentes amicorum littere ad rem p. reuocantes excitauerunt.
Ipse quoque anthiocus grauissimis adhortationibus rem p. capescere suadebat
quibus tandem uictus cum ad ciuilia certamina redire statu
isset organum illud rethoricum quod propter philosophie studia intermi
serat rursus temperare ac renouare aggressus omnes dicendi ma
gistros qui per id tempus athenis erant diligentissime audiuit se
que apud illos exercuit. Nec his contentus in asiam et rodum naui
gauit ut clarissimos rethores qui in his locis erant conueniret.
In asia itaque xenoclem. Aramitinum. Dionisium. Magnesium
et menippum Carem in rodum Appollonium molonis clarissi
mum dicendi magistrum et possidonium philosophum audiuit.
Per tot ille uiros tam longa itinera tam uarias regiones tanto
exercitio tanta cura tantis laboribus eloquentiam persequutus
est et tamen sibi ipsi interdum non satisfacere in ea arte fatetur
At nostre etatis homines si semel libellos legerint si iterum ac rur
sus pulpitum ascenderint oratoriam facultatem se possidere arbitran
tur. Fertur Appollonii insigne illud ac memorabile de tullio iudici
um. Nam cum rodum aduenisset ac rogatu appollonii qui latine
nesciret grece declamasset ceteris qui aderant in stuporem tante e
loquentie adductis certatim eum laudantibus Appollonius ipse nec
eo dicente signum aliquod letitie pre se tulit: nec perorata causa
unque laudauit: sed diu secum tacitus constitit. Cum itaque ut par erat
omnes Appollonium intuerentur ac iudicium eius expectarent
tandem rupto silentio sic inquit. Ego te laudo equidem et ad
miror Cicero. Grecie autem te dicente causa et perorata diutius
tacuerim dolor et commiseratio quedam afficit. Repetebam namque

ipse mecum superiora tempora et artibus et gubernatione rerum p. et institu-
tis domesticis grecos preterea rationibus floruisse quibus in rebus no-
bis romani palmam iam pridem uera et incredibili uirtute supan-
tes confessione omnium abstulerunt. Reliqua una ac sola supererat
doctrine et eloquentie gloria quam et ipsam per te nobis auferri
et ad romanos transferri uideo ut nihil iam precipue laudis
apud nostros relinquatur. Hec Appollonius grauiter simul dum-
neque loquutus est. Sic enim re uera fuit. Ceterum cum partis studiis
in italiam rediens ingenti spe plenus ad rem p. properaret o-
raculo Apollinis delficio pene aduersus est consulenti siquidem quemad-
modum maximam sibi gloriam pararet respondit: Si naturam
suam non opinionem multitudinis ducem uite sequeretur: quod
ille reputans per primam sui reditus tempora ualde pigre et dif-
fidenter rem p. attingebat et magistratus sibi commissos quo-
dammodo ocrere formidare que uidebatur grecum denique
et scolasticum ut uulgo solet plerique uocitabant. Cum tamen cupidita-
te honoris et ipse per se natura ardens et aparente amicisque
incensus causis orandis animum appulisset non gradatim ut ceteri
sed repente omnibus qui in foro uersabantur post se relictis ad fastigium
euasit. In actione autem tamen non minus quam Demostenes laborasse fere-
tur donec per Roscium comediarum et Esopum tragediarum
actores prebita illis diligenter opera uocem et gestum corporis
emendauit. Questor inde factus et Sciciliam sortitus summa
cum integritate et diligentia magistratum gessit prouinci-
alibus gratus ciuibus romanis qui in Scicilia negociabantur benignus
erga omnes comis et iustus. Rome uero per id tempus penuria rei
frumentarie laborante tantum frumenti transmisit
ut caritatem annone sua diligentia subleuaret excogitati

erant asciculis in memoriam eius questure honores quidam noui. Itaque ex con-
scientia beneficiorum et secundo fauore rerum suarum tanta spe ple-
nus e prouincia decedebat ut putaret apud populum romanum nulla
de re magis quam de questura sua sermonem haberi et iam omnes ma-
gistratus sibi ultro deferri. Qua de re quantum se ipse falleret mox intelle-
xit per ea que paulo post ridicula euenerunt. Nam cum Sicilia
decedens Puteolos uenisset audiuit esse multos ciues ro. qui in
ea loca conuenerant a quibus pro illa transmissione frumentaria
et subleuata penuria populi ro. ceterisque sue questure fama ita
se receptum iri extimauit ut omnes sibi gratulabundi occurre-
rent. Egressus itaque naui et circa balneas profectus ciues in corona
stantes alloquentesque offendit. Illi statim ineum utpote tunc primum conuersi ineo
uenientem quesiuerunt qua die Roma exisset et nunquid ibi esset
noui. Ad hec indignans cum non ex urbe sed ex prouincia sua ueni-
re respondisset quidam ex his qui aderant an nescitis inquit istum
annum iam in Africa questorem fuisse. Hec ab initio eum turba-
rant uehementer postea uero se ipsum ridens quod spem in beneficiis uul-
go collatis posuisset stomacari destitit et unum se fecit ex his qui a bal-
neis uenisset. Ceterum hoc aduertens hoc habere populorum naturam ut pre-
sentia quidem acriter intueantur absentia uero non multum discer-
nant statuit de cetero in oculis populi ro. uersari externos autem magistra-
tus ut minus efficaces ad gloriam obmittere. Hinc itaque industrius ad
rem p. uersus turpe quidem existimauit si opifices ipsi nomina et
usum instrumentorum omnium quibus in officina utuntur cognosce-
rent ipse autem nomina et res ciuium suorum quibus tanquam instru-
mentis quotidie uti habebat ignoraret. Itaque et homines et familias
et propinquitates et clientelas mores denique et uitam uniuscuiusque cu-
riosissime didicit. Nec erat ulla Italie uia de qua non facile referre
posset cuius uille, cuius agri cuius clientele per eam essent. Mortuo patre
domum paternam Q. Ciceroni fratri concessit. Ipse quo facilius aditus

ad eum foret circa palatium habitavit. Ad eum tum sane multitudo tan-
ta erat ut non plures Crassum pro divitiis aut Pompeium pro summa Crassus dives
potentia frequentarent. Circa valitudinem curandam ita dili- pomp. potens
gentissimus fuit ut non solum intervallis horarum victum et deam-
bulationibus enumeratis passibus uteretur. Raro autem ante occasum solis
discumbebat nec id ob occupationes negociorum tantum quantum ob stomachi cru-
ditatem. Per hunc tamen modum habitudinem domans ad multos et magnos labores
corpus sufficiens effecit. Edilis inde factus et mox post edilitatem pre-
turam petens omnium competitorum et erant quidem multi ac ma-
gni viri primus suffragiis populi Ro. pretor creatus est. Cumque urbana
sibi obvenisset ius dixit summa diligentia nec minori integritate
ita ut nec timore cuiusquam neque gratia flecteretur. Sed cum iam tanti
in eo auctoritatis esset ut ad petendum consulatum idoneus videretur omni
diligentia adhibita adeptionem summi honoris descendit. Ardebat
tunc maxime ambitio petentibus simul nobilissimis viris P. Galba. L.
Catilina. C. Antonio. Q. Cornificio. Ciceroni vero in ea petitione
varie spes variaque consilia fuerunt. Non numquam Catiline magis
adhesit eumque tunc iudicio impeditum defendere statuerat. Verba eius
in epistola quadam ad Atticum ista sunt. Ego de meis decertatoribus scrip-
si antea diligenter. Hoc tempore Catilinam competitorem nostrum
defendere cogitamus. Iudices habemus quos voluimus summa accusatoris vo-
luntate. Spero sed absolutus erit coniunctiorem illum nobis fore in ratio-
ne petitionis credo. Nondum certa erat coniurationis suspitio que paulo
post intellecta vel precipue suffragata Ciceroni putatur quod eius
prudentiam sufficere credebant ad omnia que imminere videban-
tur pericula propellenda. Creatur itaque consul una cum C. Anto-
nio M. Antonii oratoris filio. Hic est ille gloriosissimus consulatus per
quem Cicero pater patrie primus omnium Romanorum appellatus est
quam appellationem Romani imperatores postea usurparunt. Sed Cice-
roni libera adhuc civitate et non ab hoc vel illo adulatore sed ex sen-

tentia .m. Catoniſ hic tantiſ tantuſ honor acceſſit. prima ei induſtria
circa depulſionem legiſ agrarie conſpecta. nam res quidem catili
ne ab initio conſulatus in occulto adhuc manebant. Ceterum ma
gni quidam motuſ in re p. parabantur. et n. preſcriptorum dudum
a Silla filij ad honores reſtitui poſtulabant non tam iniuſte quam alieno tem
pore et tribuni plebiſ [illegible] et alia legem promulgaverant decemviri
cum imperio creandiſ hic quicquid publici erat agri per Italiam. Syri
am. Aſiam dividendi delectus habendi. ſtipendia ſoluendi [illegible]
[illegible] eiciendi poteſtaſ per legem dabatur. Huic legi non ſolum
plebſ in ſpem novarum rerum erecta: verum et quidam ampliſſimi
favebant viri et in primiſ .C. antoniuſ conſul ſperanſ ſi lex ferre
tur facile ſe unum ex decemviriſ fore. verum videbatur etiam de
coniuratione que circumferebantur non inutileſ audire propter magnitudi
nem eriſ alieni. Igitur ad comprimendam hanc rei p. perturbationem
converſus cicero ante omnia collegam cupiditate rerum novarum retrahen
dum et ſibi et rei p. vindicandum ratuſ repudiata gallia provin
cia que ſibi ultro delata fuerat ut macedonia Antonio decerne
retur effecit. Sanato per hunc modum college animo et in ſuam volun
tatem traducto iam poſt hec fortiuſ rem aggreſſus tribunoſ ple
biſ ferende legiſ auctoreſ in ſenatum vocatoſ ſic fregit ut viri obmute
ſcerent nec reſpondere quicquam auderent: ſed cum iidem tribuni
paulo poſt apud populum eum accuſaſſent et concitatiſ multitudinis
animiſ in contionem veniſſent nihilo magiſ territuſ ſecutuſ patribus de
in contionem deſcendit ibi quanta in eo fuerit eloquentie vis
manifeſte apparuit. habita ſiquidem gravi oratione ſic men
teſ hominum mutavit ut plebſ ipſa depoſita cupiditate legem im
probaret et auctoreſ ferende omnino deſereret. per hunc modum
lex agraria a .C. Graccho introducta et per ſingulos fere annoſ tri
bunatuſ furoribus et ſummiſ contentionibus agitata per res et plebem

assidue colledebat per Ciceronis prudentiaz et eloquentiã facile
sopitam huic egregio ac mirabili facto aliud aliud longe et glori
osius et memorabilius adiunxit pulso ex urbe Catilina et sociis deprehẽ
sis ac necatis quadere quia vulgaris hystoria est et ab optimis autori-
bus diligentissime scripta nõ erit mihi cure nisi pauca et ea
ipa que gloriam aliqua notatione digna uidebuntur repetere
Coniurauerant contra rem. p. corruptissimi ciues et sue demẽ
tie ducem Catilinã habebant. Is .n. cupiditate dominandi post
·l· Sillam incensus et iampridem quemadmoduz rem. p. in
uadere posset meditatus omnes cuiuscumque generis homines qui uel
publice uel priuate fortune infensi res nouas optabat in suam
amicitiã familiaritatemque pellexerat. Itaque omnes qui damnati
iudiciis qui ordinibus amoti qui pro commissis iudicia formida
bant qui patrimonia absumpserant postremo omnes perditos in
fames egentes · audaces facinorosos ad se traxerat. Inter hos
erant senatorii et equestris ordinis complures et in primis .p. Lentu
lus Sura uir patritius ex gente cornelia qui post consulatum
probri causa senatu amotus fuerat. preterea multi ex Silla
nis militibus qui olim circa Fesulas in colonias deducti cõsumptis
diuitiis pro nouarũ spe rapinarum bellũ optabant horũ singu-
lis Catilina et tandem uniuersis in unũ coactis dũm suuz appa
ruit eosque cohortatus et premia pollicitus statuerat una cũ illis
rem. p. occupare et trucidatis bonis et locupletibus quorũ aucto
ritas in rem. p. ualebat sibi dominationez illis magistratus
prouincias dignitates accipere. Sed quo facilius ea patrare posset
consulatũ petebat fama iam quedam licet obscura uulgarat
coniurationem magnã contra rem. p. esse initam cedẽ in
gentem parari. sed neque autores certos ea fama habebat neque
per quos homines ea patrarentur aperiebat. Ceterũ ea suspicio

Q. curius

ut supra diximus petitioni Ciceronis maxime profuit quod eius pruden
tiam facile resistere posse tantis periculis arbitrabantur. Igitur
ab initio consulatus sui famam coniurationis sagaciter obsequutus ubi
ex Fulvia muliere nobili ortam comperit per eam ad se clam
accitam multa pollicendo effecit ut Q. Curius Fulvie amator
qui unus ex coniuratis erat totam sibi iurationis seriem et
omnia Catiline consilia proderet quibus p̄hur metum cognitis custo
die rei p. vigilantius incumbebat tempus aut referendi ad
senatum non dum idoneum existimabat sed privato consilio et dili
gentia illius conatus ubique frustrabatur quo quidem facto omnia
pene urbis pericula in se unum convertit. Nam Catilina quoniam
ipsum valde officere suis consiliis et ubique obstare sentiebat nec eo
incolumi se quicquam proficere posse verebatur ante omnia ipsum occidere
statuit et insidias die noctuque ei tendere non cessavit quas tamen
Cicero non minori astu semper vitabat. postremo cum occul
te insidie sepius temptate nequaquam procederent proximis
comitiis quibus consulatum petebat aperta iam vi et magna
armatorum manu in ipsa comitiorum turba Ciceronem occi
dere statuit. Quod presentiens Cicero et simul existimans
si ille consul designaretur omnia haud dubie peritura in ipsa
comitiorum die armatus in campum descendit. Data etiam
opera ut subrecta paulumper ab humeris veste torax conspi
cuus esset quo periculum imminens civibus ostenderet. Cives ea
re perculsi et de salute consulis solliciti eum circumstant. ita
clarorum virorum et robustissimorum adolescentium caterva
stipatus comitiis presidens effecit ut iterum Catilina re
pulso Murena et Silanus consules crearentur. hac itaque
spe destitutus Catilina cum bellum facere ac extrema omnia
experiri decrevisset Mallium quendam in etruria ad-

admouenda arma premisit ipse in urbe remansit ad cetera
obeunda Ibi cum indies plura moliretur urbi incendia consuli
necem maturaret Cicero quod priuato consilio longius rem p.
substinere non poterat et quod motus iam ex etruria nunptiabatur
non amplius cunctandum ratus totam rem ut cognouerat in sena
tu patefecit. Senatus magnitudine periculi commotus decreuit
ut consules prouiderent ne quid res p. detrimenti caperet.
Hec erat summa potestas et non nisi extremis periculis dari consu
eta quam tunc nactus Cicero tanta multitudine armatorum
stipatus incedebat ut magnam fori partem quotiens eo descen
deret occuparet. Formidans tamen inuidiam nobilitatis Ca
tilinam occidere differebat donec manifestioribus iudiciis con
iuratio teneretur. At Catilina quando magna circa con
sulem presidia cernebat alia uia agendum ratus C. Cor
nelio et L. Guarguanteo equitibus romanis negotium dat ut
mane ueluti salutatum ad Ciceronem ingressi ex improuiso eum
domi confodiant quo per fuluiam propere cognito eos paulo post
ad se uenientes Cicero ianua prohibuit. Sed eo periculo ma
iorem in modum excitatus postridie in edem iouis statoris
senatum uocauit. eo cum ipse quoque Catilina siue dissimulandi
siue purgandi sui causa uenisset presentia eius commotus Cicero
grauissima oratione illum corripuit et in exilium ire iussit.
Ipse autem Catilina cum respondere nesciret sed in maledicta ad
uersus consulem prorumperet iurgio senatorum incensus
domum ueluti furens ecurrens minabundus euasit ibi multa
secum agitans tandem optimum factu ratus exercitum adire
lentulo Cetego et aliis quorum promptam audaciam cognoue
rat mandat ut opes coniurationis quibus possint confirment
insidias consuli maturent cedes et incendia diligenter

parent se prope diem cum exercitu adfuturũ promittit. Hec mandata cũ
audiuisset dedisset ĩtempesta nocte porta flamina egressus in castra
ad malliũ contendit. At lentulus et ceteri coniurationis principes
uti catilina preceperat quoscũq moribꝫ aut fortuna nouis rebꝫ ido
neos credebant sibi adsciscere conabantur paratisq magnis ut pu
tabant uiribus constituerant ubi primũ catilina cũ exerci
tu propinquare nũptiaretur ut .L. bestia tribunus plebis con
tione aduocata quereretur de Ciceronis actionibꝫ ineũq ca
usam belli refunderet quo magis ãi plebis adusus illũ accende
rentur. Inde quasi signo dato proxima nocte Statilius et gabi
nius cum magna manu duodecim oportuna urbis loca in
cenderent. Cethegus ianuam Cicerõis obsideret eũq adgrede
retur. alij quidem alios quos ad cedem destinauerant. Erant
per id tempus ĩ urbe legati allogobrum quos quia publice priua
timq magno ere alieno oppressos sciebant ad societatem belli
requirunt liberationem et premia insuper amplissima
ciuitati eorum pollicentur uictoriam ĩ manibꝫ esse ostendit
participes consilij nominant et quo facilius inducantur lega
ti quosdam falso adiungunt. Illi diu secum uoluentes tandem
per fabium sangam cuius patrocinio utebantur rem totam
Ciceroni pandunt ille tempus manifeste deprehendendi ratus
uenisse legatis imperat ut studium coniurationis uehementer simul
et dentq opam ut illos q manifestissimos habeant. Igitur ex pre
cepto consulis operam promittunt litteras a singulis postulat
quas ad ciues suos preferant non .n. de tantis rebꝫ temere
credituros affirmant tandem a lentulo cethego et statilio
litteras assignatas accipiunt. mittit preterea cum illis lentulus
titũ uulturtium qui añ q domũ pergant ad Catilinã eos per
ducant ipi uulturtio litteras et mandata ad catilinam dat

inurbe parata esse omia ne cūctaretur propius cum exercitu accedē· his reb;
ita paratis constituta nocte qua proficiscentur Cicero per legatos cuncta
edoctus apud pontem miluiuz dispositis insidiis eos capi et adse cuz
litteris duci iussit· Ipē ubi captos intellexit statim lentulū Cethegū
Statilium Gabinium et Q· ceparium adse uocat Lentulus q̄
erat pretor manu tenens secum duxit reliquos cū custodib; ī edez
concordie uenire iubet eo senatū conuocat signis litteris indiciis
et gallorū et titi ulturtij nam ei fides publica data erat con
uincuntur Senatus decreuit ut· p· lentulus pretura abdicatus
idemq; ceti inliberis custodiis alius apud alium haberetur· Quare
depōita insenatu purpura lentulus Cethe
gus cornifico· Statilius cesari· Gabinius crasso· Ceparius· c· teren
tio senatori traduntur postridie conuocatus senatus supplicatione
diis īmortalibus prosecutata re· p· Ciceronis nomine decreuit· Item
legatorū et titi Vulturtij iudicia comprobauit usque premia dan
da censuit· Sed cum lentulus et Cethegus p libertos et clientes suos
plebem concitare et direptionē moliri dicerentur Cicero
dispositis per urbem presidiis nequis mouē se posset conuocato ite
rum senatu adprēs retulit quid de his qui incustodies traditi essent
item de· L· Cassio· p· Umbreno· p· furio· Q· annio hos legati nomia
uerant si deprehensi forent placeret fieri omēs consulares itemq;
pretorij deinceps rogati sententiam usq; ad· C· cesarem suplicium
de his sumendum censerant ac cesar ubi locus dicendi adeum
peruenit uitam quidem seruabat tantū puplicanda eorū bona
et ipos perpetuis uinculis p municipia dispartiendos censebat· Inter
hec Cicero assurgens cum utramq; sniam ad arbitrium senatus re
tulisset primam sibi placē magis ostendit· Sed cesaris oratio ple
rosque cōmouerat denīq; preualitura nisi· m· cato longa et splē
dida orōne priorem sententiā consumasset obhoc senat decretū fac
tum est ī Catonis sententiam non qd alii ferre omēs nō idem cen-

ſuiſſent ſʒ q eam ſriam iam labantem ipſe magna coſtantia et au
toritate firmaſſet adſuplicium p hunc modum fuiſſe tradit Cuʒ
poſt longam conſultationem inſenatu habitam tandem ex Ca
tonis ſententia ſupplicium de reis ſumendum ſenatus ſtatuiſſet coſul
curia egreſſus comitate ſenatu et iuuentute nobilium armata ad
edes eorum quibus incuſtodiam dati erant profectus primo lentulum qui
apud Spinterem cuſtodiebatur ex palatio p uiam ſacram ac p me
dium forum adcarcerem duxit et publico uindici tradit iubens
ut ſtatim eum necaret eodem modo de aliis factum eſt nam
et itum ad edes inquibus ſeruabantur et inde incarcerem ducti
ſpectante cum ſilentio plebe et ſummo timore perculſa q inpoteſtate con
ſulis et ſenatus rem p. ſine ulla contradictione intuebatur. poſtq̄
omnes necati conſul ut ſpem eorum qui p noctem aliquid moliri cogi
tabant precideret admultitudinem conuerſus magna uoce inquit uix-
erunt Hoc ūbum leniuſ prolatum et tam idem ſignificat q mor
tui ſunt. Nox iam erat cum pmedium forum inpalatium reductus eſt
non amplius pauore ac ſilentio ut nuper intraducendis reis ſed
permixte undiq turbe ſumma letitia et plauſu quocumq iter faceret Ci
ceronem gratulabantur illum ſeruatorem p̄tis illum conditorem urbis
illum optimum conſulem uocitantes q uiuerent q filios q uxores q liber
tatem q ciuitatem hrent uirtuti eius acceptum ferentes per uiam
ignis et faces lucebant matres familias nuper pauide prode
pulſis periculis gaudio exultantes ad tam egregium reductionis
ſpectaculum efeneſtris tectiſqz cateruatim ſpectabant. Denique
tanti exiſtimate ſunt he res ab eo geſte ut. m. Cato uir ſeuerus
et ſumme grauitatis earum gra patrem patrie putauerit appellan
dum qd ut ſupra diximus primo omnium Ciceroni contigit et qui
dem i libera ciuitate ut inquit poeta quidam imperatores
decedens qui ab adulatoribus hoc nomen ſumebant Roma pa
trem patrie Ciceronem libera dixit. Cum itaqz ex his ceb

tantum auctoritatis et gratie accessisset ut facile appareret illum et
post consulatum principem in civitate futurum. Commune malum
invidia et ambitio adversus eum mentes quorundam incendit.
C. Cesar qui per id tempus pretor erat, item L. Bestia et Me-
tellus tribuni plebis res gestas Ciceronis carpere et insectari
potentiam ceperunt. Denique abeunte consulatu habere contionem
et apud populum loqui de rebus suis ut mos erat Metellus prohibuit, tan-
tum ut iuraret sibi permissum. Ille autem magna voce iuravit non
solitum iusiurandum sed aliud pulcherrimum, quod populus postea ma-
gna voce vere iurasse iuravit. Ex hoc adversarii magis irritati et
de voluntate populi diffisi legem promulgaverunt de Gn. Pompeio ad urbem
cum exercitu vocando ut potentiam Ciceronis deponeret. Non tamen
ea lex fieri potuit intercedente Catone, neque Pompeius tunc rediit, neque
postquam reversus est Ciceroni infensus fuit, quin immo sibi gratias e-
git affirmans se frustra triumphum reportaturum fuisse nisi
urbs a Cicerone servata esset in qua triumphare posset. Hinc
secuta est inter Pompeium et Ciceronem amicitia et in multis rebus
non parva coniunctio, a qua tamen Cesar et Crassus non numquam ni-
tebantur ut intermitteret eam potius quam desereret. Post consulatum
amplior et illustrior factus maiori auctoritate in senatu utebatur
in foro autem et iudiciis solus regnabat, nec nullas occupatio-
nes a studiis et litteris umquam cessavit. Patrimonium sibi non amplis-
simum, attamen sumptibus sufficiens fuit. Ex Terentia uxore do-
tem satis amplam accepit, ex testamentis amicorum multa obve-
nerunt. Fundum habuit in Arpinati amenissimum, item in Tu-
sculano villam que L. Sille dictatoris fuerat, in Pompeiano et
Formiano alias villas, insuper domum in Palatio. Ab his libe-
raliter simul et modeste vitam ducebat cum Romanis et
Grecis doctissimis viris quos domi semper habebat. Ex patrociniis
causarum neque dona neque mercedem ab ullo recipiebat. Omnis

eius opera gratum fuerat florentem iam aliquot annos et gubernacula
rei p. tenentem. Clodianus tandem furor urbe eiecit. fluxit autem ea
tempestas ex huiuscemodi causa. Mos fuit quot annis in edibus ponti-
ficis maximi sacra bone dee fieri pro salute populi ro. ea nemini
uiro fas erat intueri mulieres tantum faciendis aderant. P. clo-
Clodius dius pompeiam .C. cesaris uxorem amans dum sacra per noctem fierent
muliebri ueste domum cesaris is iam pontifex erat ingressus inter mu-
lieres primo latuit deinde cum per edes errabundus uaderet ro-
gatus ab ancilla aurelie cesaris matris quid nam quereret pedis-
sequam pompeie querere se respondit nomine auram. illa ex
uoce suspicata uirum confestim extollit. mulieres excite adsur-
gunt portas claudunt domum perscrutantur tandem latentem
in quodam cubiculo deprehendunt. Is postea de pollutis sacris ac-
cusatus ad refellendum accusatorem se ea die abfuisse pro-
cul ab urbe allegauit. Accusator Ciceronem testem citari fe-
cit quod ea die clodius domi eius fuisset id erat uerum et Cice-
ro testatus est testati sunt et alij clarissimi uiri sed tamen ille corrup-
tela iudicum absolutus euasit. Grauiter autem ferens testimo-
nium a tullio dictum presertim quod ante familiaris illi fuisse
uidebatur grauissimas inimicitias aduersus eum exercuit
ob quarum gratiam ex nobilissima claudiorum gente plebeio ho-
mini adoptandum se dedit quo tribunatum plebis adeptus Cice- nactus
ronem ulcisci posset. Traductus itaque ad plebem nec multo
post tribunus factus statim Ciceroni diem apud populum dixit
quod is ciues romanos iniussu populi contra leges necasset et con-
sules quidem decretis prouinciis sibi obnoxios fecerat plebem
autem nouis legibus et magnis beneficiis obligauerat ut nulla
spes refugij apud alterutros ciceroni relinqueret. Ex tribus autem
qui maxime per id tempus potentissimi erant Crassus Ciceroni

infensus adversabatur. Cesar diversa in re p. sentiebat. pompeius
licet amicus tamen adversumque mussabat. His difficultatibus circum
conventus Cicero per comunes amicos egit ut legatus Cesaris in
galliam proficisceretur. Hoc n. grate recipiebat et honorifi
cum sibi existimabat. legatio autem illi anum peritus frustra
batur quod postquam intellexit Clodius minas deponere et beni
gne loqui cepit ac per comunes amicos de reditu in gratiam cum
Cicerone tentare amiciciam denique et benivolentiam polli-
ceri. Hec ficta mutatio clodij ciceronem a legatione avertit
quam rem cesar graviter tulit et rursus irritato accusatore
ipsum etiam decede civium apud populum criminatus graviori
periculo reum involuit. Huic accedebat incomodo quod alter ex con
sulibus. L. piso Cesaris erat socer alter p. Gabinius Ciceroni
infensus ob supplicium coniuratorum. Itaque partim simultate
partim beneficio accusatoris et mercede provinciarum indu-
ti Clodio favebant Ciceroni adversabantur. per hunc modum undi
que obpugnatus Cicero vestem mutavit et sordidatus circu-
iens homines pro salute sua precabatur. Mutavit vestem cum
ipso universus equester ordo et adviginti milia hominum muta
to habitu eum sequebantur. Senatus etiam convenerat
decreveratque et ut omnes cives veluti in publica mesticia vestem
mutarent quod tamen senatus consultus impedientibus consuli-
bus et clodio armatis hominibus curiam obsidente fieri non
potuit tantum n. terrorem clodiana arma iniecerat
ut non nulli senatores laceratis togis e curia fugerent. post
quam igitur manifestum erat neque senatus auctoritatem
neque comiserationem habitus quicquam prodesse ad pompeium
pro veteri amicicia confusus ut sibi opem ferret adversus
tribunitium furorem rogabat. At ille iam inde abinitio

huius contentionis rogatu Cesaris e medio se abstulerat et in alba
num secesserat. venientem autem ad se Ciceronem hominem de se be
ne meritum uidere non substinuit. Sed pudore adductus quod ce
sari socero nihil illi gratia se facturum promiserat per aliam
portam nullo egressus nulla longius abiit. Reliquum ergo erat
aut in exilium ire aut in ferro dimicare. L. lucullus uir clari-
ssimus et magne autoritatis arma capere et ferro decer
nere suadebat aliis cedere satius uidebatur et in aliud
tempus reditum expectare. hec tandem sententia Ciceroni pla
cuit. Itaque per mediam noctem urbe egressus terrestri itinere lu-
caniam petiit ea mente ut in siciliam inde traiceret. Clodius
ut eius fugam intellexit ad populum tulit de eius exilio roga
tionemque proposuit per quam intra d. cccc. ab italia miliarium aqua
et ignis Ciceroni interdicebatur si quis reciperet pena ad
uersus eum erat exilium et publicatio bonorum additum
erat in lege ne quis de eo reducendo ad senatum ferret ne quis
decerneret ne disputaret ne loqueretur ne pedibus iret
ne scribendo adesset. Villas preterea eius incendit agros
uastauit domum diruit et quo solum quoque auferret templum
libertatis in area dedicauit supellectilem et cetera haste
subiecit et singulis diebus proclamabat quorum tamen un
quam repertum est emptor. Fugientem Ciceronem alii omnes
benigne receperunt preter Vibium quendam hominem sibi
familiarem is enim ad se uenientem domo non admisit
et C. uirgilium sicilie pretorem qui per litteras uetu-
it in siciliam proficisci consilio itaque repente mutato iter
a Vibone oppido brundusium conuertit et a brundusio dirachium
traiecit. Inde metu antonij et quorundam inimicorum qui
in achaia erat Epyro uitato in macedoniam transiit ubi a pla-

cio officiose receptus commoratus est. tulit autem hoc exilium non forti animo nec ut ho
mini philosopho convenire videbatur sepe damnans se ipsum quod ferro non
dimicasset damnans consilia amicorum et perfidiam culpam
semper ad italiam conversus semper dolore et merore anxius In
terea clodius potentia immoderate fretus cum Gn. pompeo emu
lari et eius acta retractare cepisset adductus penitentia pompe
ius quod Ciceronem a clodio ex urbe pelli passus esset subito mutata men
te de illo revocando una cum ceteris amicis cogitare cepit. Fave
bant precipue Ciceroni lentulus consul et tribuni aliqui plebis
inter quos erat T. annius milo vir fortis et vehemens pro quo est
ciceronis preclara oratio. is legem ferebat de eo reducendo ad
urbem huic clodius cum suorum manu resistebat. Res primo in contentionem
inde ad arma deducta est impediente clodio legem ferri im
petumque in auctores legis faciente ita ut unus ex tribunis ipsis vulne
raretur alii multi necarent. Q. ciceronis frater non alia via
evaderet quam quod se mortuum fingens inter cadavera pro foro iacentia
delituerit prevalebat itaque clodius violentia et armis sed tan
tus erat ardor amicorum tantusque Ciceronis desiderium ut in
cenderentur magis homines ob Clodii factum quam deterrerentur Iam
enim ceteris omnibus post habitis publicis privatisque negociis universa
civitas ad hoc unum intendebat. Nihil senatus civibus nihil so
ciis nihil regibus respondebat. nihil iudices sententiis. nihil po
pulus suffragiis declarabat. tandem vero pompeius collecta bono
rum multitudine coactus et ex vicinis italie locis non parvis
auxiliis clodio foro expulso cives vocavit ad legem de reditu Ci
ceronis ferenda. Nunquam fertur de aliqua re tantus consen
sus totius po. ro. fuisse. neque tantum studium totius italie que
ob hoc ipsum roma confluxerat ut non magis eleganter quam vere
postea dictum a Cicerone fuit italiam suis humeris eum ab exi
lio reportasse Senatus et cum po. benivolentia certans decrevit
ut civitates que Ciceronem ceperant laudarent utque domus

et uillę eius publicis sumptibus edificarentur. Rediit decimo et sexto post fugam mense cum summa letitia et gratulatione totius ciuitatis. Nec tamen ob eius reditum sic fractus clodius ut quiesceret. Nam et postea ciceronem armatis hominibus adgressus occidere tentauit et in domum impetu facto redemptoribus fugatis lapides et columnas disiecit contra cicero ipse nequaquam segnis cum magna hominum manu in capitolium profectus tabulas a clodio fixas in quibus res gestę tribunatus ipsius sui scriptę erant ui refixit ac perfregit de quo cum in senatu accusaretur quod tabulas publicas tribunitiasque priuata ui auctoritateque abstulisset negauit clodium fuisse tribunum quoniam plebeium magistratum patritio homini per leges habere fas non esset que sententia catoni displicuit. ille enim perniciosum quidem tribunum censebat alias nec profectionem suam in ciprum nec cętera multa in re p. gesta stare posse. hinc secuta est inter catonem et ciceronem quędam offensio non tam quę in apertam simultatem euaderet sed quę beniuolentię studium significationemque minueret. Sed cum iam clodianę contentiones longius procederent ac multi qui absenti ciceroni fauerant reuerso potius inuiderent ac ipse clodius preturam peteret ad omnia perturbanda tandem a Milone ciceronis amico interfectus est: nec abfuit suspitio ciceronem eius cędis auctorem suasoremque fuisse. mortuo clodio quietiora tempora sequuta sunt: multosque per annos cicero floruit eam mediocritatem in re p. secutus est ut et pompeio et cęsari amicissimus esset: non tamen ab grauitate senatoria usque discederet. per hec tempora. Q. frater cęsari legatus in galliam missus et C. trebatius iurisconsultus eius familiaris cęsari traditus multi etiam per eum apud cęsarem commendati quos ciceroni gra-

mors clodii a milone

tificans

tificans cesar magnis honoribus attollebat. Crassus et cum circo
rie igreatiā rediit cenauitqz apud eum ita ut quasi exipiūs lari
bus ad bellū particum proficisceretur. Augure post crassi interi
tum factus et paulo post in siciliā pcōsule missus prouinciā ro
mana clade et uictoria parthorum in spem nouarū rerū exceptā
nō magis armis q̄ iustitia integritate abstinentia ad populi ro.
fidem beniuolentiamqz reduxit ciuitates egentes et sumptibus cartu
risque exaustas acerbissimis tributis et grauissimis usuris ac fal
so ęre alieno liberauit rationes pecuniarum ab ante decennio
ad suū proconsulatū retractans innumerabilia furta pproui-
ciales ipos aduersus ciuitates suas cōmissa emendauit adhibita
moderatione et pecunię ciuitatibus restituerentur sine igno
minia illorū qui eas tenuissent sumptibus prouincialium ita pe
percit ut neqz ipse neqz ī legato fieri ullos pateretur cū superiores
proconsules intollerabiliter onerare eorūqz comites legati ōfecti
rapinis et cōtumeliis afficē prouinciales consueuissent. At eo pro
consule nec uirgis cesum quenquam neqz maledicto aut iracun
dia ab ipo lacessitum fecerunt. Aditus nō ita faciles erāt ut por
tę semper incustodite paterent. Res etiā bello magnifice in pro
consulatu ab eo geste. Nam cū parthi ī syriā transisse tumultuose
nūptiarentur non contentus prouinciam tueri s; de sociorum
salute et finitimorū regum fide sollicitus obuiā pfectus in extre
ma capadocia nō longe a tauro apud tibistra opidum cū exē
citu consedit ubi paucis diebus cōmoratus Ariobarzanem regem
cum ipo regno seruauit cuius salus proficiscenti sibi fuerat a se
natu cōmendata. Inde cū parthorum copias a capodocia auer
sas non longe ab amano monte abesse cognouisset magnis itineribus
ad amanum contendit. S; cum parthi ab ea quoque parte iā
recessissent amanū montem perpetuis hostibus infestum doma
re adgressus tripartito exercitu eos inuasit ac post magnā hostiū
cedem amanum caput eius gentis. Item septiam et Commo-

rum opida et castella complura vi cepit ob quas res ab exercitu im
perator appellatus est. Inde ad pindinissum urbem altissimo et
munitissimo loco sitam cuius incole ne regibus quidem paru
erant et tunc adventum parthorum acerrime expectabant exer
citum duxit opidanisque intra menia compulsis vallo et fossa circum
castellū dedit sex castellis castrisque maximis sepsit aggere vineis tur
ribus et omni tormentorum genere septimo et quinquagesimo
die postquam obsideri cepta erat expugnavit pro quibus rebus suppli
catio a senatu rome decreta fuit triumphus quoque redeunti oblatus
quem etsi ab initio concupisset tamen quia alienum a conditione tempo
rum existimabat prosequi destitit fervescentibus iam intus
civilibus bellis e provincia decedens rodum prius deinde athe
nas amore et desiderio antiquarum consuetudinum adolescens studio
rum causa in his locis habuerat avidissime revisit exceptus summo
honore tam a principibus civitatum quam a philosophis et disciplina
magistrus rum discipulis qui ad eum pro ingenii et doctrine fama undique con
currebant. Sed athenis cum esset tunc primo cesaris motum ex gallia
et turbationem civilis procelle cognovit. Statimque et pompei et ce
saris littere eodem ferme tempore ad eum venerunt. Uterque
sane illum veluti suum haud dubie iudicabat. Ipse autem etsi pompeio ma
iori beneficio pro suo reditu adstrictus hominem et causam
sic probabat ut si ad arma iretur satius diceret cum illo vinci
quam cum cesare victorem esse tamen ut medius quidam nec alte
rutri affector pacis auctor esse non destitit multa statim ad ce
sarem super hoc ipso multa etiam ad pompeium scribens multa
postquam in urbem rediit in eam rem disserens et in senatu et apud
populum concordiam suadebat. Sententia eius semper una fuit
omnem pacem quamvis iniquam civili bello sibi videri preferenda
consilium pompeii de relinquenda urbe vehementissime improba
vit. Sed quando ea sententia pervicerat ipse cum fascibus et lictoribus

quos sibi populus .ro. dederat in prediis suis circa campaniã et ma
ritime ea omnia quarũ cura sibi mandata fuerat versabatur
nõ nunq̃ uero capuam ubi cõsules et senatus magna pars erat
p̃sertim si de conditionibus pacis aliquid tractari audiret ut ad
iutor foret se conferebat. pulso italia pompeo et spe pacis amis
sa diu secum ipse conflictatus ẽ incertus cõsilii quod in pom
peio quidem fractas opes et nõ probanda consilia in cesa
rem uero flagitiosã belli causam esse videbat ita si pompeium
sequeretur cladem sui et suorum si deesset bonorum causae
rumores hoĩum erat subeundi. Ea cunctantem et ambiguum
diuti(us) tenuerũt: sic tam̃ ut honestatis rationẽ semper utilitati
securitatiq; p̃ferret qđ cum alias cum in eo congressu quẽ cuz
cesare h̃uit patefactum est. Nam rediens brundusio cesare
cum post fugam pompei romã peteret Ciceronẽ ut p̃diximus
ĩ prediis commorantem uidit ac nõ nulla adversus eum questus tan
dem rogauit ut ad urbem adesset cũ Cicero nihil sumpsisse nihil nisi
cũ dignitate et magno aĩo respondit ostendens si adesset quas sen
tentias dicturus foret quasue rei. p. calamitates ploraturus. nõ
.n. placẽ senatui exercitum. po. rõ. contra aliũ item populi roma
ni exercitũ in hispaniã duci nõ in greciam transportari Cuiq; ce
sare respondisset at ego ista dici nolo ita putabam inquit Cicero
s; ego eo nolo adesse q̃ aut mihi dicendũ est que nullo modo silere
possum aut nõ ueniendum tandẽ cesare discessit ut diceret Cice
roni sup hoc deliberandũ nec multo post ex urbe ad eum scripsit igno
scere se sibi q̃ nõ adfuisset idq; ĩ optimã p̃tem accipẽ profectus post
hec hispanias cesare cũ rumor ĩcrebuisset Ciceronẽ in castra
pompei nauigaturũ ex ipso itinẽ ad eum scripsit monens atq;
rogans ne quo progrederetur suadensq; ut procul a bellorũ curis
medius ut facere cepisset alicubi conquiesceret. Verba eius epistole
infra posuit Cesar imperator salutem dicit Ciceroni imperatori
Et si te nihil temere nihil imprudenter facturum iudicarem

tamen permotus hominum fama scribendum ad te existimavi et pro nostra
benivolentia petendum ne quo progredereris inclinata iam re quo
integra et progrediendum tibi non existimasses. Nam et amicitie
graviorem iniuriam feceris et tibi minus commode consulueris
si non fortune obsecutus videberis: omnia enim secundissima nobis
adversissima illis accidisse videntur: nec causam secutus ea
dem enim tum fuit cum ab eorum consiliis abesse iudicasti: sed meum
aliquod factum condepnasse quo mihi gravius abs te nihil accidere potest quod
ne facias pro iure nostre amicitie a te peto. Postremo quid viro
bono et quieto et bono civi magis convenit quam abesse a civilibus con
troversiis quod non nulli cum probarent periculi causa sequi non potuerunt
tu explorato et vite meo testimonio et amicitie iudicio neque
tutius neque honestius reperies quicquam quam ab omni contentione abesse.
Vale XV. kl. maias ex itinere. Satis erat ergo Cesari ut cum
neutro esset. Hoc idem M. Celius. hoc Dolobella suadebat ut in eo
rum epistolis apparet. Et si ab eventu res iudicande sint hec po
tiora consilia fuerunt quod Ciceronis prudentiam nunquam fallebat.
Sed virum bonum et optimum et optimas rei p. partes suscipere con
suetum pudebat ipsis castris non esse in quibus Pompeium ducem
optime de se meritum et senatum et consules esse videbat an
gebatur quoque sermonibus qui ex castris de eo afferebantur male
de se existimare senatum et tales cives permoleste ferebat.
Hec tandem quasi tormenta quedam virum expugnarunt
ut non modo Cesaris amicitie verum etiam tuto otio bellum pericu
losum desperatumque preferret. Parata igitur sibi occulte navi
quamvis omnes ore Cesarianis custodiis nequis ex Italia di
scederet observabantur. Et Antonius de Cicerone observan
do nominatim sibi a Cesare imperatum asservabat tamen nullo ne
gocio mare ingressus ad castra Pompei navigavit adven
tus ei eo gratior fuit quo insperatior quippe nemo iam
venturum existimabat Sed cum deteriora opinione offen

dixisset neq consiliũ belli ita gerendi neq copias. Gn. pompei neq
genus exercitus comprobaret pacem primo deinde q pompeius
ab ea sententia ualde abhorrebat ut bellũ traheret suadere
instituit: in quibus cũ nõ multũ sibi obtemperaretur et preterea
rapacitas atq crudelitas multorum quos emendare nõ licebat
eũ offenderet quasi penitentia adductus q eo accessisset omnia
contemnere et sese quantum poterat a rebus gerendis alienare
cepit. Comisso deinde in farsalia prelio in quo ipse ualitudine
aduersa impeditus nõ adfuit. m. cato qui nauallibus copiis apud
dirrachiũ preerat cognita cesaris uictoria classem et exer
citũ ciceroni tradere uoluit sibiq concedere ut par erat pretorium
uirum honorem uiro consulari et fasces a populo ro. traditi. Idcircoq
qui in exercitu erant ciceroni suscipiendum censebat et in primis
pompeius filius omnes denique sibi ducem pro com salute ciceronem de
poscebant. at ipse quoniam nullo modo putabat cum integri pares nõ
fuissent eidem fractos superiores fore et simul existimans
esse sapientis et boni ciuis in initia belli ciuilis initiũ suscipere extre
ma nõ libenter prosequi postulationem catonis et aliorũ qui ad su
scipiendũ imperium ortabantur omnino reiecit seq finem belli
fecisse et improperare palam respondit. Quod ei dictum
adeo infeste quidam receperũt tantusq repente furor mẽ
tes inuasit ut ipse cicero pene interficeretur pompeius cũ suis
eductis gladiis sic obstinate in eum ruentibus ut catoni magnũ
negocium fuit illorũ temeritatem furoremq comprimere inde er
go propere in italiã reuersus reditum cesaris circa egiptum
asiamq diutius commorantis brundusii expectauit uacuus
quidem a bellorũ curis ceterũ magnis usuris ac tanto ere
alieno inuolutus ut patrimonium ei pene totum absorberetur
id uero non tantum sumptibus quos per illa bellorũ tempora ma
gnos subierat quam incuria et negligentia desperationis accidisse

videatur. que res animum eius a Terentia uxore incredibiliter alienavit.
presertim cum alie quoque indignationis cause adversus eam subes-
sent fasces tamen laureatos ac turbam lictorum quos ab initio
urbe extulerat et brundusii retinuit. post longam expectatio-
nem cum Cesar tandem appulisset tarentum atque inde terra iter
facere nuntiaretur obviam processit bona quidem spe sed anxi-
us circa quemadmodum victorem alloqui oporteret. Enim-
vero nil ut faceret diceretve preter dignitatem opus fuit
cesare quippe ut ad se porro venientem prospexit ad terram
descendit eumque humanissime complexus solus cum solo multa sta-
dia loquendo confecit: in honore denique eum habere et familiariter
uti perseveravit. In urbem inde reversus quoniam summa rerum in arbitrio
unius posita fori et curie locum nullum relinquebat ad lite-
ras et studia se retulit ut quoniam alia non dabatur illa saltem via civi-
bus suis prodesset. plurimum vero per id tempus in prediis suis mo-
rabatur. Ad urbem nisi cesaris salutandi aut pro salute alicuius
civis orandi causa non accedebat ut pro M. marcello de cuius
restitutione a cesare impetrata senatus nomine gratias egit ut
pro Q. ligario et deiotaro rege quos apud cesarem iratum
victoremque defendit. Ceterum omne tempus aut disputationibus
familiarium aut legendo scribendoque assumebat homo vere natus
ad prodessendum hominibus vel in re p. ut in doctrina. siquidem in re p. pa-
triam consul et innumerabiles oratores servavit in doctrina vero
et literis non civibus suis tantum sed plane omnibus qui latina utun-
tur lingua lumen eruditionis sapientieque aperuit. Hic enim primus
No. philosophiam antea nostris litteris incognitam et pene aroma-
no sermone aborrentem de qua non latine scribi nec disputa-
ri posse plerique docti viri arbitrabantur latinis literis ex-
plicavit. Hic plurima verba ad usum patrii sermonis adiun-
xit quo lucidius et commodius philosophorum inventa disputataque

exprimerentur. Hic dicendi precepta et artem prius quam ulli nostri doctius quam ulli greci patefecit et tradidit. Hic ad potestatem romani imperii dominam rerum humanarum eloquentiam adiunxit. Itaque non magis patrem patrie appellare ipsum convenit quam parentem eloquii et literarum nostrarum: Cuius libros monumentaque si evolvas nunquam ocium sibi fuisse credas ad negocia obeunda. Rursus autem si res gestas eius si contentiones si occupationes si certamina in re p. et privata consideres nullum tempus illi reliquum fuisse existimes ad legendum vel scribendum. Ita solus, ut credo, hominum duo maxima munera et difficillima adimplevit ut et in re p. orbis terrarum moderatrice occupatissimus scriberet quam philosophi in ocio studioque viventes. Et rursus studio librisque scribendis maxime occupatus plura negocia obiret quam hi qui vacui sunt ab omni cura literarum. Huius ego causam fuisse credo primo admirabilem quandam ac divinam ingenii magnitudinem deinde vigilantem solertemque naturam tertio quod plenus omni sapientia omni doctrina ad rem p. se contulerat. Itaque ex eodem philosophie sacrario et facta ad rem p. gubernandam et dicta ad sapiendum aliis depromebat. Ingenue vero ab adolescentia eruditus et in dicendo plurimum exercitatus et sine labore cogitationes suas mandare literis poterat. Hac igitur felicitate ingenii: hoc nature munere hac denique sapientia et eruditione fretus a puericia ad exitum vite multa et cum mors indigna illum excepit scribere instituerat. Genera autem scriptorum eius quadripartita fuerunt. Quemadmodum enim illius opera partim in re p. administranda partim in foro iudiciisque partim in domesticis familiaribusque negociis ponebatur: erat autem et aliud tempus quod seorsum a studiis doctrinaque reservabat: sic scriptorum eius alia publica sunt alia forensia quedam familiaria quedam studiorum atque doctrine. In quoque sane horum permulti libri ab eo divine immortaliterque scripti de quibus non alienum fuerit breviter prout vel ipsi vidimus vel ab aliis accepimus recensere. Atque ut ab ea parte que ad doctrinas et studia pertinet et in illa ipsa ab optimis

Opa Ciceronis

int maxima preſtabilia eius generis opera ſex libri de re p. numeran
tur: quos conſtat ab eo editos poſtq̃ ab exilio ĩ urbem redierat. Scrip
ſit poſt hec de finib; bonorũ et malorũ libros quinq;: ĩ quib; ſtoicorũ
peripateticorũ. epicureorũ. et academicorũ ſeptas uarietatesq;
aperuit. tuſculanarũ queſtionũ libros quinque. de Natura deo
rum tres. de diuinatione duos. de legibus tres. de officiis totidem.
Aduſus uituperatores philoſophie librum unum. Academicorum
libros quatuor. de ſenectute. de amicitia. de conſolatioñ libros ſin
gulos. de gloria libros duos. de fato unũ. de laudatioñ catoñs
quã ceſare anticatones reſcripſit. paradoxa ad brutum. topica
ad trebatium. tranſtulit platonis timeuz: atq; protagoram
Xenofontis economicuz. Arati librũ exametro carmine. De
moſtenis et eſchinis orationes illas famoſiſſimas in cauſa te
ſiphontis que cum apud noſtros negligenter cuſtodite iã pridez
ex italia tanq̃ peregrine alieneq; aufugiſſent: nos Cicerones
imitati eas ex grecia ĩ latinũ noſtra manu reduximus. Scrip
ſit et ĩ oratoria facultate rethoricorũ libros quinque. ad C.
Erenniuz. Item de eadem re libros duos. poſt hec longe eru
ditus de Oratore libros tres: ĩ quib; omnem ueterum et ariſto
telicam et iſocraticam rõnem oratoriã complexus ẽ. De op
timo genere dicendi ad m. brutum. de partione oratoria
ad m. filiũ. item aliũ de eadem re librũ qui orator dictus ẽ.
Comentarios conſulatus ſui grece ſcriptos: quos ad poſſidoniũ phi
loſophuz miſit. Item uerſib; tres libros de temporibus ſuis. Hec fer
me ĩ illo ſtudiorũ et doctrine genere ab eo edita. publica uero
et forenſia eius opera orationib; cõtinentur: quarũ eas que
ĩ ſenatu ut ad populũ habite ſunt puplicas: que uõ priuatã alicuĩ
defenſionẽ impugnationẽq; iudiciariam continent eas foren
ſes priuataſq; in preſentiarum uocamus. puplicas igitur reliquit
de lege manilia. Item quã conſulatũ iniens kł ianuariis inſe

natu habuit. Item ad populum de lege agraria. item de proſcrip
torum filiis. pro Rotone. pro rabirio duas. item ad legem agra
riam pertinentes. In Catilinã et coniuratos quatuor. In uitellũ in ſalu
ſtium de exilio ſuo orationes tres. de prouinciis conſularibus. de reſpon
ſis aruſpicum. pro m. marcello. In m. Antoniũ libros tredecim.
forenſes uero ſunt pro p. quintio. pro ſexto roſcio. pro aulo cluentio. ſeptẽ
libri accuſationis ĩ Verrem. Oratio ĩ Vatinium teſtem. pro publio ſe
ſtio. pro L. murena. pro p. Silla. pro Gn. plancio. pro Cornelio bal
bo. pro L. flacco. pro m. Celio. pro Fundanio. pro Vareno. pro Ce
cinna. pro milone. pro Archia poeta. pro Scauro. pro oppio. pro tul
lio. pro domo ſua ad pontifices. pro Q. ligario. pro rege deiotaro. hec
forenſia. in domeſtico aũt illo familiari qz ſcribendi genere epiſtolas
pene innumerabiles ſumã cum elegantia ſcriptas reliquit quibus ad amicos
ſcribens multa uolumina refercit. Sed earũ extant hodie ſex et
triginta libri qui ĩ manus uerſantur: quorũ ſunt ad atticũ libri
ſedecim. ad Q. fratrem libri tres. reliqui ad m. brutum. ad p. len
tulum. ad p. Sulpitiũ. ad m. Varronem. ad m. Celium et alios
preſtantiſſimos ſue etatis uiros. plurima uero eius generis amiſſa
ſunt. Nam et ad m. filiũ et ad Corneliũ nepotem. et ad C. Ce
ſarem et ad hircium et ad panſam. et ad Ceſarẽ iuniorẽ mul
tos epiſtolarũ libros ſcripſiſſe eum conſtat: quorũ nullus hodie repe
ritur. quippe libros ſex epiſtolarũ ad hircium: et ſecundo libro
ad Ceſarem iuniorem allegatas eius ſententias legimus. Sũt
igitur adhuc quos nominauimus libri. Clxiij. quorũ ad ſtudia
et doctrinas pertinent. Lviij. ad rei p. actiones: tres et trigin
ta ad forum. et ad iudicia nouem et uiginti. ad rem fa
miliarem tres et xl. Nec tñ nos ideo eos numerauimus qd tot
dũtaxat eum ſcripſiſſe: ſʒ ut de multis quos ille ſcripſit tot ad nr̃am
notitiã deueniſſe oſtenderemus. Nã multo plura ab eo ſcripta cõ
ſtat preſertim ĩ familiari ac forenſi generibus. Scripſiſſe fer
tur cũ ſumã facilitate qd et multitudo librorum et teſtis ipe

orationis nitide inlaborateque fluentis ostendit: neque tamen prosa in quo ge
nere ingens illa uerborum et sententiarum copia uelut manantis fon
te exuberat: uerum etiam metro quotiens animum appulisset non pauciores
quingentis uersibus per singulas noctes componere solitum tradi
derunt: in dicendo uero quanta illi uis: quanta gratia fuit multa te
stantur: et illud imprimis quod aduersarii regem in iudiciis nomine appel
lare consueuerunt quod uidelicet nulli absoluerentur: nulli dampna
rentur nisi quos ille absolutos dampnatosque uoluisset. probant multe
eius ac preclare defensiones in quibus uel manifestorum crimi
num reos uel alios inuidiosos atque inuisos abiectis et obstinatis iudi
cibus orando extorsit. In causa. Q. ligarii qui apud Cesarem dic
tatorem acta est: fertur Cesar animatus fuisse in ligarium omnino
pro condempnato haberet: et cum Cicero defensurus uenit dixisse
ad amicos reum quidem dampnare certissimum est: nil tamen
prohibet Ciceronem audire. Sed idem ille qui hoc dixerat mox
agente oratori propositum illud dampnandi tenere non potuit prudenti
tissima enim et artificiosa oratio cum gratia et plenitudine ad aures
eius perueniens tam uarie mentem animumque affecit ut sepe uultum
coloremque mutaret. Ubi uero ad commemorationem pugne deuenit
cum in accusatorem acriter conuersus illa dixit. quid enim Tubero ille
tuus districtus in acie farsalica gladius agebat: cuius latus pe
tebatur. quis erat sensus armorum tuorum? que tua mens? oculi?
manus? ardor animi? quid cupiebas? quid optabas? eo ita
dicente ita Cesarem extra se positum et quasi mente aliena
tum fecerunt ut toto corpore excusso libellos quos in manu tenebat
abiceret: denique ui coartus contra propositum animi reum ab
soluit. Quid L. flaccum repetundarum reum non ne om
nium opinione dampnatum et testimoniis multarum ciuitatum
conuictum iudicibus extorsit? Quid murena quem Cato de
ambitu accusauit non ne cum de crimine ipso constaret Cice

rone orante absolutus est: quid legem agrariam non ne arden
ti et cupientissime plebi funditus dissuasit. Sȝ habuit in his tempus spaci
umque cogitandi. Quid aūt illa que pro .m. othone subito et sin
ulla premeditatione effecit: cū ille romanos equites mixtos cum
cetera plebe spectare solitos lege lata segregasset ac obid plebs se de
spectam putans summo odio in othonē accensa uenientem in theatrū ma
ledictis et iurgio incessisset contra equestris ordo reclamaret ambo un
dis ī flammatis nō ne Cicero qui per id tempus consul erat aduo-
cata confestim plebe ita dicendo mentes ī mutauit ut ī theatro ꝗ̄
ipsa Othoni applauderet: nec minor sane ī accusando q̄ in defende
do fuit. Nihil profecto uehementius romana iudicia unq̄ uiderunt
q̄ accusationem .C. Verris. nihil unq̄ uiolentius neq̧ asperius curia
audiuit q̄ accusationē Catiline. Atqui constat Ciceronem initio di
cendi subtimidum fuisse: qđ et ipē multis locis fatetur et omnibȝ fe
re orationibȝ euenisse ostendit. Sȝ ut ab initio pauescebat: sic postq̄
illa prima initia euaserat audentissimus erat quippe ī accusatio
nem contra uerrem eousq̧ uehementie audacieq̧ processit
ut iudicibȝ grauiter minatus sit nisi reum cōdēpnaret et
Catilina homo audacissimus ab eo ī senatu accusatus p uehementiā
accusationis obmutuit. In metellum q̊ȝ et Clodium et Antoniū
ita inuectus est ut eorū audaciam furoremq̧ perfringeret.
Unde illud ī eo pcipue amandum qđ tanta potentia iudiciorū
fretus neīem unq̄ in iudicio accusauit preter unū .C. Verrē
quem seculorū gr̄a prosequutus est ceteram omnem forensem o
peram ī defensionē calamitosorū exibuit. Sȝ et ī sententiis dicen
dis et ī omū elocutione plurimū eminebat. Quedam sᷓ eius
orationes tote subtiles ut pro Quintio. ut pro Cecina. quedam
tote graues ut contra Catilinā. et alique Antoniane multe ua
leriane ut de responsis aruspicum. ut pro cluentio. pro milonē.
longum esset singula prosequi et p omnes orones eius uagari illud

dixisse sat erat Ex tanta multitudine studiosorz hoiz qui uel in eius eta
te fuerunt uel postea secuti sunt neqz dicendo adhuc quisq̄ ciceronez
adequauerit neqz scribendo proximus accessit una tantu inre au-
dientibus grauem fuisse dicunt quin de se ac de illo consulatu
suo plurimu loquebatur. Sz hec certe necessaria erat contra
inuidentes carpentesqz repetere et habebant medicina qd nemo
ceterorum hoium magis profusissimus unq̄ fuit: nemo alioru
comendationibus detraxit minus laudabat se non nunq̄. A. ca
tonem lucullum. hortensium. pompeiuz et ceteros prestantes in
re. p. uiros coetaneos suos in celum tollebat. Dixit de facultate di
cendi. at platonis dialogos sic scriptos aiebat ut si iupiter loqui uel
llet no aliter loqueretur Aristotelem flumen aureum uocita
bat. teofrasti libros suas delitias esse aiebat. Demostenes tam tri
buit ut antonianas orationes in quibz maxime nixus est et ob
illius honorem philippicas appellari. De ipo etiam ad brutu scri
bens illu multa i dicendo perfice se multa conari illum posse
se uelle asserit. Nam. m. quidem Varonem et libros eius tan
tis laudibus extulit ut sibi ipi et suis nulla fecisse reliqua uide
atur. Quis igitur ueras eius laudes no libenter audiat qui ne
mini unq̄ inuiderit et alioru laudes tam auide complectatu
r nimis pfecto insolentes fastidiosique sumus uirtutes ab hominibz
ad unguem exigimus eos de illis ipsis loqui no tolleramus. Sz no
est propositi nostri causam agere. sz uitam moresqz describere.
Ad rem igitur redeamus. Ex patrociniis neque dona neqz
mercedem ab ullo recepit munera a siculis ultro ingentia
magnifica delata constantissime reiecit eo dutaxat conten
tus ut edilitatem sua transmissione frumentaria n illa q
dem gratuita adiuuarent In respondendo lacessendoqz extem
pore acutissimus fuit clodio obiectante quod iudices ei no credi-
derant sibi credidisse respondit. At non nulli qui antea abol

uerent pecunias uoluissent Metello sepius in contentione sepius interrogan-
ti quis pater eius fuisset matrem difficilius relatu hoc illi fecisse responsum
Nam metelli mater parum pudica habita fuerat hortensio cui Verres sphin
gē donauit se quaedam obscure dictum non itelligē dicenti domi sphingem
hr̄e cauillatus est ioco et risu ī omni uita pene itemperanter usus est acumineque
ingenij mirifica condimenta iocanti suppeditabat In causa murene in
Catonem et opiniones illas stoicorum que paradoxa uocant perpetua ora
tione iocatus tantum risum ī iudicio excitauit ut fluerent omnibus lacri
me neque e iudicibus neque e multitudine circumstantium quisquam sese recipere
aut continē posset Catonem quoque exilaratum dixisse ferunt quam ridiculum con
sulem habemus. Erat. n. tū cicero consul cum murenā defendit. In causa quoque
L. Flacci nō mediocriter profuisse iocus creditur in testibus refutandis. Sed et
in aliis nunquam occasionem iocandi sibi oblatam respuit publius costa fuit profes
sione quidem iuris consultus sed habentis ingenij minimeque scientie. Is testis in
quadam causa productus et de re interrogatus se nihil scire respondit. Tum
Cicero ad eum siste inquit tu fortasse te de iure intrrogatum credidisti Nec mi
nus uenuste in L. cottam censorem iocatus est Nā cum negocia obiret in
foro et tandem sitienti aqua ad potum fuisse oblata amicos uocauit et cir
cumtegere se iussit ut si censor sciret eum aquam potare senatu admoue
ret. Erat. n. cotta censor de humositate famosus at censores solebant humo
sos senatu amouere. Sed neque cesare iam dictatore lacessendo abstinuit nā
cum ille predia paruo admodum pretio seruilie uendidisset multis ut fit
uilitatem mirantibus at quo rudius empta sciatis inquit tertia deducta
ē illa namque filiā suam noīe tertiam Cesari conciliasse et adeā dux-
isse putabatur prolixam certe haberet materiam si quis ista colligerē
ac prosequi uellet sunt. n. pene īnumerabilia eius dicta nō. n. a
micis nō inimicis nō domesticis nō sibi ipsi in hoc urbanitatis genere
unquam pepercit. Hanc. n. letitiam iocunditatemque nature domestice mo
lestie ad extremū turbarunt: de quibus ut dilucidius intelligi possit supe
rius repetam habuit Cicero terentiam uxorem et ex ea tulliolam et
marcum filios habuit et duos fratres alium germanū alium patruelem ex quibus

·l· cicero qui patruelis erat adolescens et magne indolis et oratorie artis studi
osus ante consulatum diem obiit. Quintus uõ frater habuit uxorem pom
poniam Attici sororem et ex ea filium noīe Quintū libertorū et ser
uorum utrique familia patrimonia satis ampla. Sȝ. Q. fratris ex grã
potius Ciceronis q̃ ex sua uirtute honores et opes et dignitates accreue
rant. Nã ipē quidem perse haud multū habebat. Ex tulliola generos
hũit duos et quide utrūqȝ summe nobilitatis primo crassipidem pisonē
qui paulo ante profectionem eius in siciliã defunctus est. postea cornelium ‡ ciliciam
dolobellam cui et eo incilicia proconsulatum gerente tullida nupsit.
Hec tranquilla omĩa et plena dignitatis concordieqȝ fuerũt: usqȝ ad
tempus ciuilis belli postea uõ eadem illa fortuna que rem. p. seuiendo
inuasit nõ minori impetu domũ Ciceronis ingressa cuncta turbauit
atque permiscuit. Q. frater adhuc durante bello ciuili adeo inimico
aĩo in Ciceronem factus est ut etiam scripserit orationem quã con
tra eum apud Cesarem recitaret. Quintus Cicero fratris filius
adolescens audax et facinorosus etiam de ipius cede quandoqȝ cogitauit
Horum peruersitates cicero ita leniter tulit ut p hec ipã tempora qui
bus illi maximis eum iniuriis appetebant. Quintum frēm apud Ce
sarem qui sibi iratus putabatur nõ destiterat comendare. Sȝ nec ‡ ipe
terentia uxor ĩ fide permansit. Nã illa q̃diu ille abfuit pompeiũ
secutus nihil unq̃ ex eius sententia domi gessit: patrimoniũ pa
rum diligenter: parũqȝ fideliter administratũ sumptibus iacturisqȝ
exinanuit: pecunias adeū nunq̃ misit in summa egestate uiatici
constitutū et sepius per litteras postulantem quasi alienũ et nunq̃
rediturum neglexit. postq̃ in italiam rediit cum multũ tempus
reditum Cesaris expectans brundusii moraretur nunq̃ ad ipm
uenire dignata est: quin etiam tulliole sue filie brundusium eun ‡ totum
ti ñ una rẽ uoluit nec satis decentem comitatū puelle tradidit
peruerse denĩqȝ omĩa facẽ moliriqȝ uidebatur qbȝ tandem rebus co
actus est exemplo summorum uirorũ eã dimittere. Super hec omĩa
grande es alienum subusuris sumptum in dies omĩa deuorabat et ac
cedebat restitutio dotis terentie facienda quibus cũ aliter satisfieri

non posset tandem ex amicorum sententia publiliam cui ampla hereditas
erat uxorem accepit. Nec multo post summo illum dolore affecit tullie mors
quam partu laborantem per id tempus amisit quo cesare in hispania contra
pompei liberos bellum gerebat pro lenimento huius doloris scriptus est ab eo
liber in quo se ipsum consolatus est. Sed et alij multi consolationes ad eum scrip-
serunt ex quibus extat adhuc seruilij sulpitij consolatio pulcherrima. Ce-
sar quoque ex hispania consolationem ad ciceronem scripsit et brutus
commune osculum doctorum hominum et nunc uix est qui prima elementa per
ferre sciat uix est qui curet publiliam uxorem quod morte tullie le-
tari uisa erat asse cicero seperauit. Ipse asture aliquandiu secessit. M.
Cicero filius non satis bona existimatione per hoc tempus fuit. Is tamen postea
athenas missus et cratippo traditus breui profecto famam recuperauit
hec domestica. Interfecto cesare cum recuperata libertas uideretur statim
princeps in senatu apparuit pacem inter cesaris amicos et interfectores eius
qui capitolium occuparant persuasit memoriam pristinarum discordiarum
obliuione sempiterna delendam censuit. Et sane ab initio iocundis
sime omnia brutus et cassius a senatu laudati gratulationes et appla
usus ut liberatores patrie per totam urbem facti. Sed cum mox Antonij
consulis mutata uoluntas et res ad seruitutem rursus spectare appa
reret. Brutus et cassius tuto in urbe esse non possent omniaque flagitio
sissime ab antonio agerentur in grecia abire statuit ea mente ut kalendis
ianuarijs in urbem adesset quod erat initium panse et hircij consulatus
futurum. Delatus igitur in siciliam et inde cum greciam pe
teret uento adverso leucopetram reuectus redeundi in urbem consilium
cepit. Accepta M. antonij contione et magna eius mutatione per quosdam
nuptiata quasi ille repudiatis malis suasoribus ad senatus auctoritatem
se rettulisset. Reuersus itaque propere in urbem nihilo meliora offendit
quam proficiscens reliquerat Antonius enim sibi manifeste tirannidem parabat
in senatu quotiens ueniebat milites armatos in subsellia senatorum collo
cabat omnia uenalia impudentissime habebat. Reditus ciceronis ma
gnam antonio suspitionem attulit et cum forte per eos dies senatum habe
ret ac cicero qui erat fessus e uia uenire causaretur cum fabris se eius do
mum audiente senatu disturbaturum minatus est quod cicero pro sua di-

totum

gnitate inique tulit et ueluti in grauem contumeliam accepit. Itaqꝫ postea
die cũ in ſenatum ueniens cum de profectione ac reuiſione ſua nequiſ forte
ſecus acciperet rõnem expoſuiſſet queſtus eſt de m. antonij iniuria
ac ſubinde de re. p. dicẽ aggreſſus ita loquutus eſt ut eius libertatem
et magnitudinẽ aĩ omnes admirarentur. perculſis. n. ab eo tempore
q̊ ceſar necatus eſt fuerat ad eam diem que erat kł ſeptembris omĩbꝫ
rei. p. actionibus mutatione uoluntates antonij nõ ſoluꝫ redarguit.
ſꝫ ĩcrepuit et que eius ſententia foret de tota re. p. elato aĩo et nihil
de ſuo periculo recuſanti liberrime patefecit. Ea oratione maiores
in modum iratus Antonius inimicitias ſibi denuntiauit. Hic ē iaꝫ
Ciceronis ex ueluti optimi poete extremus actus et certo ĩeo iudicio
oĩum fortiſſimus atqꝫ pulcherrimus tantũ. n. abfuit ab hac inimicitia
rũ denuntiatione quod ille putauit de territus urbe excedẽ ut et illi
minas quiſſet pati ſſimi et armis undiqꝫ   pro re. p. ultro
expetere ac depoſcẽ uideretur. Sꝫ cum dies xiij kł octobris q̊ die
adeſſe edictum erat ueniſſet Antonius cum magno armatorũ ag
mine ĩ ſenatũ profectus longa oratione quã ꝑ xvij dies an meditatus
fuerat ĩ Ciceronẽ inuectus eſt eamqꝫ poſtea ſcriptis edidit. At Ci
ceronem ea die ĩ ſenatum uenire et coram reſpondẽ cupientẽ
amici retinuerunt erant. n. potentiora Antonij arma ꝗ̃ niſi ad
manifeſtum interitum proficiſci uidebatur. Hinc maiori utqꝫ
in ad opes augendas conuerſos ueteranos Antonius undiqꝫ conuo
care et ei rei gr̃a ꝑ italiam diſcurrẽ. Cicero. C. octauius q̊ Ceſar
octauianus dictus eſt ad quẽ ꝑ teſt̃ ceſaris nomẽ hereditatemqꝫ
ueterani milites concurrebant ſibi coniungẽ perrexit. Nec id
fuit difficile. Nam hereditate ceſaris et magna pecunia ab anto
nio fraudatus et inſuper magnis contumeliis affectus facile ad
Ciceronis uoluntatem auctoritatemqꝫ ſe contulit. Et erat ſane
amicitia quedam paterna et p̃terea obſeruatio q̊ ille Ciceronẽ
conſule natus et ab eo perſonum quoddam iam ante dilectus fue
rat. Hac igitur giunctione adeo ſuperior facta eſt Ciceronis res

ut tandem Antonius territus urbem reliquerit. poſt hec Cicero plurimū
iam ī urbe potens magnam ſollicitudinem de antonio opprimendo ſuſce
pit: ſʒ erat illa difficultas q̄d nedū kl̄ ianuarii adeſſent quo tempore
hircius et panſa hoīes ſ amiciſſimi et idē de re. p. ſentientes conſu
latum inirent: nec erat qui interea ſenatū uocarent. Quare pri
uato conſilio ſibi cuncta agenda erant. cum ergo cognouiſſet anto
nium ingalliā properare p litteras et nūptios. D. brutuz qui mu
tine erat cōfirmauit ut prouinciam iſenatus ppliqʒ ro. volun
tate retineret Antonioqʒ licet conſuli reſiſteret nec inlibertate
et ſalute populi ro. conſeruanda autoritatem ſenatus expectaret uo
luntatem n. pro autoritate haberi debere cū autoritas impedit. His
adortationibʒ brutū   ingenio ad id pronum concitauit ut
adūſus antonium conſulem bellum moueret. Interea uero dū ille
mutinenſi bello impeditus tenebatur que ī urbe prouidenda ac parā
da erāt diligentiſſime parabat. Eo igitur autore cum tribuni
plebis ſenatum uocaſſent effecit ut Octauianus itemqʒ legiones que
antoniū conſulem deſeruerunt et ſimul. d. brutus qui illi reſi
ſteret bene eque rei p. feciſſe decernerentur. Quo quidem facto
hoſtis quodammodo Antonius aſenatu iudicatus eſt mox aduenientibʒ
kl̄ ianuarum monendo et cohortando obtinuit ut hircius et panſa
conſules. item Octauianus propretore cum exercitibus contra
antonium mitterentur. profecti igitur adbellū non longe a
mutina ſignis collatis pugnauerunt. Hic eo prelio antonius uictus
et fugatus amiſſis omibʒ copiis preter equitatū aufugit. Sʒ inacie
panſa et hircius conſules ambo ceciderunt. Hoc fuit peſtiferū rei
p. utriuſ ſemen et origo ſequtarum calamitatum. Nam Octaui
anus adoleſcens ubi cōſules emedio ſublatos et ſe ſolum ducem intantis
copiis conſpexit relictum mutata iam et ipſe mente dedominatiōe
cogitare cepit quod illis uiuis nunq̄ facē potuiſſet. Sʒ hec poſtea appa
ruerunt rome priusq̄ deuictoria mutinenſi nūptius afferretur

fama quedam falſo uulgarat rem apud mutinam male geſtam fuiſſe. Itaque
uniuerſa ciuitas ſollicita ac pauida erat: fuitque opinio uehemens Ciceronem
correptis faſcibus capitolium fore occupaturum quo magis urbe ī ſuā poteſta
tem reducta Antonij amicos qui ſe mouerent opprimere et illi uenienti re
ſiſtere poſſet. Interea uictoria nuntiatur: ſtatimque concurſus eſt factus ad
Ciceronis domū gratulantiū turbe ueluti ouantem in capitolium detule
runt. Mox ſenatu aduocato decrete ſupplicationes ad omnia puluinaria et
ſepulchrum militibus qui in prelio cecidiſſent. Nam de morte conſulū nō
dum audiebatur. Creati ſubinde decemuiri ad diuidendos agros et premia
ueteranis danda quorum Cicero ipſe unus fuit. Antonius ut ex prelio
aufugit cū ſuis profligatis equitibus apenninum tranſgreſſus ad uada ſe re
cepit. Inde cum trans alpes ducē uellet ſubclamatum eſt a militibus et aperte
recuſatum in galliā ſequi et iam brutus cū exercitu adpropinquabat
Quare ī magna difficultate et ſumma deſperatione conſtitutus Antonius
tandē ſupplex et mutata ueſte ad .M. lepidum confugit rogans ut
uitam eius a perſecutoribus tutaretur. eum tandem lepidus ī caſtra
recepit et ſic bellū de integro renatū eſt. Interea Octauianus per mortem
duorū conſulū occaſionem nominandi nactus diuerſa ſentire et agi
tare cepit. tandem uiro et libertatem miſſos faciens copias et faſces
quos a ſenatu receperat contra ſenatū conuertit. Inita namque cum
lepido et Antonio nefaria ſocietate ad patriam occupandam cum
ī unum circa bononiam conueniſſent proſcripſerunt circiter tre
centos ciues quos ad necem deſtinabant. Dicitur tamen Octauianus diu
reſtitiſſe ut Cicero ī proſcriptorū numero nō eſſet adductus uerecundia
quod eum patrem appellare ſolebat et quod eius opera ad id potentie per
ueniſſet. Sed Antonius ante omnes Ciceronem poſtulabat et .M. lepi
dum ī ſuam uoluntatem traduxerat. Itaque tandem Octauianus con
ceſſit hac lege ut Antonius auunculū ſuum .L. Ceſarem et lepidus pa
ulum fratrem ſibi uerſa uice ad necem permitterent. Ita nemini par
citum eſt: neque creditur in terrarum orbe quicquam crudelius aut
ſceleratius unquam fuiſſe cum uelut ſanguinem pro ſanguine cōmuta
res cariſſimos et coniunctiſſimos quiſque ad necem tradiderit ut inimiciſſimos
occidere poſſet. Et erant ſane hi boni et preſtantes uiri. Nihil enim magis
in ulla proſcriptione queſitum eſt quam bonos et amatores libertatis extinguere.

Insuper ad corroborandam sceleris fidem ac societatem ualidius firmandā quo magis omnis spes Ciceroni subtraherentur Clodia .p. clodij inimici olim eius filia Antonij priuigna ī matrimoniū Octauiano traditur. Cicero ubi hec ītellexit desperatis rebus una cū .Q. fratre: nā is in graciam redierat ī tusculanū primo: deinde cū Octauianus urbē īntrasset e tuscu lano Asturam fugē perrexit eo consilio ut inde ī macedoniam ad brutū traiceret. Sʒ cū inuia essent. .Q. frater q merore anxius non satis uiatici extulisse putabat domū redire statuit et accepta pecunia Ciceronem consequi. lachrimis igitur et complessu mutuo a fratre di uisus ī urbem rediit ubi mox a seruis proditus una cū filio interfectus est. At Cicero asture nauim ingressus usqʒ ad Circeos nauigauit. ibi siue tedio nauigationis sue q nondū spem omnem de Octauiano abiecisset in terram descendit et Asturam rediit incertus consilij an romā reuerteretur: tandem puicerūt liberti et serui qui secū erat ut iterum nauigaret. Delatus igitur usqʒ ad predia sua que ī formi ano pulcherrima habebat cū descendē uellet coruu obuiam uolantes ue luti nauim appell prohibebant: mox et cū uillā intrasset eadē aues secute clamore et strepitu omnia peruadebant. Quare cōmoti li berti ipm̄ lectica impositum ad mare referebant. Int̄ hec satelli tes ab Antonio missi aderant. Eos ducebat popilius quem de parricidio olim accusatū Cicero defenderat. Hi cum referta uilla eū nō re perissent adlittus alij alio itinē currentes tandem ipm̄ ī uia de prehendunt. At Cicero ubi eos irruē sensit lecticam deponi iussit ipsosqʒ sine lamentatione et gemitu prospexit demulgens et sini strā manu barbam ut sibi mos erat. Ita ab illis occiditur quarto et sexagesimo etatis āno. At .m. brutus audita Ciceronis morte .C. Antonium triumuiri fratrem quē ī macedonia captiuū habe bat Ciceroni filio aduindictam concessit qui suplicio affectus et securi percussus dignas ī ferias Ciceroni persoluit. Postea quoque ipe Antonius ab augusto uictus se ipm̄ propa manu occidit. .m. lepidus omī potentia spoliatus uitā miserā ī opemqʒ traduxit Ita omīs Ciceronis inimici misere tandē ignominioseqʒ perierunt.

Finis.

Ciceronis mors

c Atoniſ genuſ principiuȝ dignitatiſ et glorię ſūpſit a proauo cato-
ne uiro ī primis claro magneque auctoritatis ut a nobiſ in
ipſius uita ſcriptū eſt. Relictus eſt autem Cato parentum
orphanus una cum fratre capione et ſorore portia: erāt
et ſeruilia catonis ſoror ex matre et hi om̄eſ apud liui-
um druſum auunculum ſuuȝ uirum et eloquentia et ſapientia pre
ſtantem qui per id tempus princepſ ciuitatiſ erat educabantur. Ferunt
aūt statim a pueritia conſtantiam et ſeueritatem Catonis conſpicuā
fuiſſe. Vim naq; ultra ętatem habebant eiuſ incepta. adulantibuſ aſpe
rerentibuſ aduerſus. tardus ad riſum ut uſq; ad ſignificationē dūtaxat
oſ eius idq; perraro ad iram non facile labenſ: ſed cū in eā
deuenerat implacabiliſ. Ad magiſtratus autem diſciplinaſq; delatus
ī adiſcendo quidem tardus erat: quę uō ſemel didicerat memorit reti
nebat qđ in ceteriſ quoq; naturā fit ut qui celeri ingenio ſunt nō mul-
tum memoria ualeant qui uero cum labore percipiunt: hi ſūt per
ceptiorum tenatioreſ. Videtur ipā aūt inflexibilitas mentiſ cā fuiſſe
ut Cato in adiſcendo tardior eſſet. Nā paſſio nimirum quędam ē di-
ſciplina et ut quiſque ī firmior eſt ad reſiſtenduȝ ita faciliuſ in ſententiā
trahitur. Itaque et iuueneſ q̄ ſenes et egri q̄ ſani faciliuſ credunt. Pe
dagogo tamen ut aiunt parebat Cato omniaq; faciebat illiuſ iuſſu ſin
gulorum uero cauſas rationeſq; efflagitabat. Erat illi pedagogus Sar
pedon homo comis atque urbanus et qui uerba magiſ q̄ facta ī promp-
tu haberet. puer adhuc cum eſſet Cato latini ſummo ſtudio conati ſūt
ut ī ciuitatem reciperentur. Qua de causa cum pompedius ſyllo uir
militariſ ſummę q; int ſocioſ auctoritatiſ propter amicitiam quę ſibi
cum druſo erat domi eiuſ multoſ dieſ obuerſaretur. puerisq; fami
liarior factuſ eo rogaſſet ut ſocioſ populi ro. ī impetranda ciuita
te apud auunculum iuuaret capione id facturum ſe conuť ſigni-

ficante Cato constanti uultu se nunquam id facturum respondit. Cum uero sepius atque
iterum interpellatus nihilo magis flecteretur, Pompedius in excelsam edium
partem leuatum inde abiecturum se illum nisi precibus annueret co-
minatus est atque ita manibus suspensum afferens minaci uultu et
acerba uoce concussit neque tamen ab incepto remouere illum potuit.
Itaque deponens illum Pompedius ad socios uersus gratulemur inquit
nobis hunc esse puerum qui si uir esset nullo modo ciuitatem spe-
rare nobis liceret. A quodam ex cognatis ad cenam in natali inuita-
tus cum ceteri pueri in quadam edium luderent admixti simul
minores et maiores natu. Erant autem eorum ludi ad accusationes
et detrusiones in carcerem: uno ex pueris forma insigni qui in
cubiculum a maiore deductus et per uim inclusus erat uociferan-
te Cato intellecta rei feditate cucurrit ad hostium atque his qui
aditum prohibebant ui deiectis atque puerum eduxit iraque incen-
sus domum abiit ceteris pueris una secum abeuntibus. Ita uero
inter pueros clarus erat ut cum L. Silla equestrem ludum quem
troiam uocant edere statuisset ac delectis patritiis pueris duos
prefecisset: alterumque pueri acceptarent gratia matris. Erat enim fi-
lius Metelle Crassi filie: alterum uero qui Pompei nepos erat Sextum
nomine nec recipere nec sub eo ludere uellent. Interrogati a Sylla quem
sibi ducem optarent omnes uno ore Catonem deposcerent quin et
ipse Sextus sese ultro Catoni submisit. Erat L. Sylla Catoni ac fra-
tribus paternus amicus: quare sepe illos ad se uocabat et inter suos
habebat paucissimis huiusmodi honorem familiaritatis pro insolentia tribuens.
Grate igitur hoc Sarpedon accipiens plurimumque existimans huius-
modi amicitiam pueris tum ad honorem tum ad securitatem con-
ducere frequenter ducebat eos ad Syllam cuius domus per id
tempus nihil a carnificina quadam differebat. Erat tunc Cato
quatuordecim annorum uidensque ceruices clarorum uirorum ad
Syllam deferri atque eos qui aderant clanculum misereri a Sar-
pedone quesiuit cur hunc talem uirum nemo trucidaret.

reſpondente pedagogo quia plus timent homines Syllam q̃ hoderint. Rq̃
obrem mihi inquit gladium non dabaſ ut patriam ſeuo huius do-
minatu liberarem. Hec cũ audiſſet Sarpedon et ſimul acritatem
uultuſ conſpexiſſet uſque adeo territuſ eſt ut reliquo tempore puerũ
diligentiſſime obſeruaret nequid temere contra Syllam molire-
tur paruuluſ q̃m maxime amaret. Rurſus ſepiusq̃ eodem modo
interogatuſ ſemp̃ fr̃em reſpondendo interogantem fatigauit. Sup-
ta deinde uirili toga magiſ confirmauit erga fratrem beniuo
lentiam uſq; ad uigeſimum ętatis annum nunq̃ ſine fratre cęna
bat nec peregrinabatur nec ĩ campum deſcendebat cum tantũ
frat' ungeretur ipẽ ueniam poſtulabat et in ceteriſ quę admittũ per
tinent duruſ erat atque ſeuerus. Capio itaque cũ ipẽ ut continenſ mode
ratuſque laudaretur non deſinebat predicare ſe fortaſſe talem uide
ri ſi cum aliiſ compararetur uerum ſi cum meo catone inquit com
parer nihil mihi uideo a Sippio differre. Erat aũt Sippius quidam
p̱p̱ mollitiem atq; luxuriam apud romanoſ notatuſ inde ſacerdoſ apol
liniſ factus a fratre migrauit. C xx. talentis ĩ diuiſione paternorũ
bonorum acceptiſ et Antipatrum tyrium ſtoice diſcipline hominem
ſibi familiarem coniunxit ac moralib; ciuilibuſq; preceptis inhereſ
uirtutis ſpẽm ingenue amplexaretur. Egregie tamẽ honeſtatem
ſeueritatemq; adamauit: eloquentię uõ ea de cauſa operam de
dit ut philoſophię preceptis aliquod roboriſ neruorũq; in agendo con
ſultandoq; adiungeret. Non tamen cum ceteriſ iuuenibus exerce
batur nec audiri a quoquam uolebat. Quadere cum quidam
eum reprehenderet diceretq; improbant hoĩeſ hanc taciturnitatẽ tuã
Cato. ut libet inquit dũmodo uitam non improbent. Ego uõ tũc de
mũ hanc taciturnitatem meam abrumpam cũ talia dicẽ ualebo
quę nõ ſint digna taciturnitate. Erat baſilica quedam porcia
quã magnus cato in cenſura effecerat: eius baſilice. trĩ. p̃ts quo
niam in illa iuſ dicere conſueuerant columnam que ſellas eorũ

impedire uidebatur decreuerant tollere uel alium locū transferre. Ea res
Catonem licet inuitum prima ī campum deduxit opponens nanq̄ se tri-
bunorum uoluntati et uim dicendi suam ac prudentiam ostendēs
uniuersos ciues in admirationem conuertit. Et .n. sermo eius nihil iu-
uenile neque comptum habebat: sꝫ erat plenus rectus et durꝰ.
quin immo gratia quędam et attentio inerat breuitatis sententia
rum mosque eius oratione admixtus uoluptatem et risum quendam ho
nestum audientibus afferebat: uox aūt multa et habundans tonū habe
bat infractum inexaustumq̄ȝ perennissimam sępe diem incessanter
locutus sine laxitudine desinebat. Tunc itaq̄ȝ cum ea in causa
superior fuisset rursus ad silentiū rediit ac in gymnasiis se exer
cens adsuefecit corpus tollerare calores et niuem deterto capite
et iter confice sine uehiculo. Cum uō amici qui una iter faciebāt
equis ueherentur singulos sępe adiens et pariter cum illis ambulans loque
batur pedibus ipē uadens cum illi ueherentur. Admirabilis uō tollerantię
tūc erat maxime cū adūsa ualitudine laborabat: febri .n. oppsꝰ
sus ipē solus degebat nec ullum secum esse patiebatur donec releuati
onem certam sentiret. In cenis aūt partes sortiebatur quod si nō
obtineret amicis ipm̄ prius capere iubentibꝫ dicebat non bene se
habere inuita uenere ac semel quidem prepotus ibat. Deinde
ita perstabat ut sępe cum amicis ad auroram usq̄ȝ ī potationibꝫ ui
gilaret causa huius rei credunt fuisse negocia publica in qui
bus per tot dies occupatus atq̄ȝ ita amicos conuenire ut cū illis ū-
sari prohibitus p noctem atq̄ȝ potū cum eisdem esse cogebatur
Itaque cū Memmius quidam dixisset totas noctes Catonem ebriū
esse: respondit Cicero at illud nō addis cum dies totos ad aleam
ludē. Omnio ętatis suę moribus se opposuit utpote ī probis et a qui
bus contraria uia eundum censebat. Itaque cum cęteris homi
nibus purpuream uestem saturatam murice atq̄ȝ rutili
coloris placē uideret ipē fuscam gerebat. Interdum uero nudis
pedibus et absque tunica ī publicum prodibat nō gloriā aliq̄m

ex hac nouitate captans: sed se ipsum adsuefaciens: obscenis rebus dum
taxat erubescere: cetera uero ut ignobilia aspernari. Ex hereditate
te uero catonis nepotis cum centum talentis adeum peruenissent pecuni
am ex bonis redactam sine ullo fenore indigentibus mutuabat. Deinde cum
iam tempus sibi uisum est matrimonium contrahendi nulla mulierem ante
id tempus cognita lepidam uxorem accepit. Que prius scipioni me
tello desponsata renuntiante scipione et matrimonii penas soluente
tunc libera erat. Eam cum accepisset cato penitentia adductus
Scipio rursus illam acceptauit. Hac re uehementer commotus atque
incensus cato decreuerat dic scipioni dicta in iniuriam ulcisci
dissuadentibus tam amicis se abstinuit. et ira simul atque iuuen
tute accensus yambos in scipione non sine archilochi morda
citate cetera tamen lasciuiam et obscenitatem conscripsit. Atti
liam deinde Sorani filiam accepit uxorem quam mulierem
dicitur primam cognouisse. Non tamen eam solam cognouit
quemadmodum lelius scipionis amicus ille namque in hoc felicior
qui unam tantum in omni uita uxorem quam a principio duxerat
cognouit bello seruili quod spartacum appellant exorto sub gellio
pretore uoluntarie militauit: idque fecit gratia capionis
fratris qui in eius exercitu tribunus militum erat sub quo quidem
duce uirtutem quantam cupiebat ostendere non potuit: in mollitie
tamen atque corruptela exercitus audaciam fortitudinemque atque
decorem ostendens nihil antiquo illo catone inferior apparuit. Sed
cum pretor eum uirtutis gratia donare uellet repudiatis mu
neribus et nihil a se factum quod honore dignum foret testatur
inhumane facere uisus est. In petitione quoque tribunatus legem quae
candidato commendatores adesse uetat solus seruauit per se ipsum
appellans populum atque alloquens que res ipsis quoque laudantibus
grauis erat. Et eo magisque uidebant hoc genus laudis imitari non

posse. Tribunus militum factus in macedoniā missus est ad rubrium pre
torem: cuius discessum cū uxor Attilia grauiter ferre uideretū
atq; ob id lachrimaret Munacium quēdam ex catonis familia
ribus ei dixisse ferunt ut bonā spem haberet nā se catonē illi
custoditurum: cuius uerbis tunc cato presens cum adrisisset
postea cū unius diei iter profectus uocatū a se munacium mo
nuit ut fidem Attilię seruaret nec unq̄ a se discederet atq;
ex eo die binos lectos in eodem cubiculo sterni iussit ipmq; mu-
nacium iuxta se accubare nō custodientem s; certe custodi-
tum proficiscentem catonem. xv. serui duo liberti et quattuor
amici persequuti sunt qui cū equis ueherentur cato ipse pedes cū
singulis loquens gradiebatur. Ubi uō in castra uentum est ex legio
nibus quę illic erant uni prefectus a pretore nequaq̄ magni-
ficum putans s; dumtaxat bonum prestare: milites s; pares
efficere contendit nō timore aliquo iniecto: sed uerbis ac ratio
nibus eos castigans. Difficile igitur dictu ē utrum humaniores ut for
tiores an ferociores uel iustiores sua eos disciplina effecerit: fe
roces quidem aduersus hostes: humanos uō erga socios timidos ad
inferendas iniurias: promptos ad laudes adipiscendas reddidit. Sed
quod minime querebat id maxime factum est ut summam grām apud
milites assequeretur. Nam una laborando et ueste et uictu militari
atq; incessu magis q̄ ducis utendo clam ac latenter beniuolentiam
exercitus erga se maximā concitauit. Uerę. n. uirtutis zelus
non fit nisi p summam dantis beniuolentiam et honorem qui uero
sine honore laudabant bonos hi reuerenter quidem famam
ipsorum non aūt uirtutem admirantur neq; imitantur. Inter
hęc cum audisset athenodorum cognomine Cōdilionem stoicę di-
sciplinę hominem commorari pergami et iam senescentem regum
ac principum familiaritates amicitiasq; refugē nō putauit Cato

cuz

perlitteras ac nuptios quicq̃ se profecturum sꝫ per leges ei liceret duos
menses abesse transgressus ĩ asiam hoiem̃ adiit flexitqꝫ eius aium
et ex sententia deiecit effecit qꝫ ut se in castra sequeretur letus et
gloriabundus uelut ingentem adeptus palmam et multo clariorẽ
q̃ pompeius aut lucullus qui tunc uniuersi ãd reges nationesqꝫ sub
egebant nõ dum finierat militie tempus cum frater eius capio
in asiam proficiscens circa traciam incidit ĩ morbum: quod cum
ꝑ litteras nuptiatum esset catoni: licet et mare undosum foret
et nauis aliqua idonee magnitudinis nõ adesset: tamen paruam
nauiculam cũ duobus familiaribus et tribus seruis conscendens
ex thessalonica nauigauit nec multũ abfuit quin mari obrueretur
fortuna tam quadam ex ingenti periculo seruatus cũ fratrem iam
mortuum reperisset grauius ferre uisus est q̃ philosopho conueniret
Non solum .n. lamentationibꝫ et plantu et mesticia: sꝫ sumptu fune
ris ĩ modico exquisitisqꝫ uaporibus et pretiosis uestibus corpus cre
mauit sepulchrum ipsi fecit ĩ ipo enreorum foro lapide taxio
talentorum octo. hec aũt non nulli carpebant ꝑꝑ ceteram cato
nis seueritatem non attendentes q̃tum ĩ illa adasus uoluptatem ti
morem et impudentes q̃tum in illa preces inflexibili duritie huma
nitatis affectionisqꝫ inesset. Ibi cum ciuitates et potentes dona amplissi-
ma pro honore defuncti misissent pecuniis omnino repudiatis thura so
lum et ornamenta ob honorem illorum qui mittebant recepit in
diuisione hereditatis que ad ipm̃ et ad filiam Capionis obuenerat ni-
hil ex his que ĩ funere spenderat deduxit. Finito tempore prouintia
abeuntem nõ uotis ut fieri solet: sꝫ ĩsatiabili amplexu milites per
sequebantur sternentes uestem per ea loca quibꝫ ipe pedibus iturus
erat manusqꝫ osculantes. ad genus honoris nõ nisi imperatoribꝫ idqꝫ
perpaucis eo tempore tribuebatur. Cum uero instituisset anq̃ ad rem
.pu. se conferret in asiam proficisci et mores hominum uiresqꝫ pro
uinciarum cognoscere simulqꝫ ut regem deitarum hospitem pa
ternum id summopere ab eo postulantem conueniret: hoc modo pere-

gerationem confecit premittebat summo mane pistorem et coquum ad ea loca
adque diversurus erat qui cum summa continentia atque silentio urbem in
trantes si nullus Catonis hospes aut paternus amicus ibi esset induuer
sorio si haberi poterat necessaria preparabat sine ulla cuiusque inco-
moditatione. Si vero non erat diversorium tunc magistratus adeuntes
hospitalitatem postulabant: et quacumque rem traditam sibi a ma
gistratibus capiebant: ac sepe quidem evenit ut fide non adhibita illi
quos premiserat a magistratibus contemnerentur quia non insolen
ter neque minitando petebat. Itaque introitum nulla preparatione
facta subveniebat ipse. Insuper a plerisque contemptui habitus ob magnitu
dinem curarum sepe tacitus sedens et ob id speciem hominis ignavi socor
disque prese ferens. Non numquam tamen adeo iussus ut cessaret ab hac
improba hospitalitate. non enim semper Catones ad vos venturos qui
comprimerent sua liberalitate eorum licentiam qui occasione
quererent ab invitis extorquendi quasi volentibus obtinere et non possit.
In syriam cum venisset ridiculum quiddam ei fertur contigisse. nam anthi
ochie appropinquans offendit ingentem multitudinem vario orna
tu atque sectis obviam extra portam effusam ephebi in clamidi
bus pueri alio ornatu seperatim consistebant. Sacerdotes et ma
gistratus puras vestes et non nulli serta gerebant. Opinatus igitur
hunc honorem sibi a magistratu preparatum graviter ferre cepit
et eos quos premiserat increparet qui talia fieri non prohibuissent ius
sitque familiares ex equis descendere et pedibus una secum iter
facere qui cum magis appropinquassent unus ex his qui turbam
anthiocensium et ordines atque ornatum disponebat vir iam
grandior natu baculum manu et sertam in capite gestans
obviam Catoni factus sine ulla honoris vel reverentie exi
bitione quantum adesset Demetrius percontatus est cunctis fer
me hominibus in pompeium versis summo in honore esset. De

metrius secutus eius qui apud illum multum poterat habebatur. Ex ea
re tantos risus socios Catonis invasit ut se nullo modo continere
inter multitudinem ambulantes possent. At Cato ipse vehemen
ter commotus o miseram inquit civitatem nec quicquam amplius
locutus est. posteriori autem tempore solebat ipse quoque memoran
do atque narrando ea que tunc sibi accidissent ridere. Verum
homines qui per ignorantiam illum neglexerant paulo post in admi-
rationem eius ab ipso pompeio conversi sunt. nam cum ephesum
venisset et pompeium qui is erat maior natu maiorisque auc
toritatis salutaturum venisset ut conspexit illum pompeius non pas
sus est neque expectavit ut sedentem sese adiret. Sed exsur
gens quasi cuidam maiori obviam processit dexteramque eius
apprehensa multa in ipso congressu plura etiam post discessum
in laudem virtutum eius sic enarravit ut qui audierant
omnes in Catonem converterentur illa admirantes que paulo
ante post contempserat mansuetudinem igitur et magnanimitatem
neque pompei observantia obscura erat sed manifestissime
apparebat inservientis magis esse quam amantis idque maxime
ex eo intelligebant homines quod potestatem verebatur et ob
eius discessum gaudebat. Et cum ceteros advenas iuvenes prop
tissime apud se detineret cuperetque ut secum adessent ni
hil tamen a Catone postulavit sed tamquam veritus potentiam eius
libenter dimittebat. Soli ferme ex omnibus qui ad eum venerat
filios atque uxorem commendavit cum propter ceteram coniunctio
nem tum propter necessitudinem. Ex hoc studia civitatum in Catonem
accensa invitationes et convivia certatim exhibita qui-
bus in rebus sepe iubebat Cato familiares suos diligenter
videre ne curionis verbum asse firmaretur qui cum amicus

esset Catonis Ceterum infensus eius seueritati ut audiuit in-
asiam profecturũ bene est inquit nam mitiorẽ et humani
orem asia nobis remittet a rege Deiotharo ut filios et fa
miliam suã eidem comendatus uocatus cũ ipẽ rex dona
protulisset egregia usq3 adeo sup ea re comotus est ut cum
uespere ad eum uenisset postridie circiter horã tiã abiret
profectus et unius diei iter apud pessinuntem maiora et
dona ipius expectantia offendit et simul regis epistolam qua
rogabat ut si ea dona capẽ ipẽ nollet amicis suis qui pp
se bñ merebantur hẽe illa sineret. Nec .n. ipm tanta hẽe
ut pro amicis quoq3 sat esset. Sz n ipẽ accipẽ uoluit nec ami
cos q̃q̃ nõ nullos etiam subquerentes et orrebat capẽ pmisit..
affirmãs omẽm largitionem uenalem honestatis faciliter
inueniri posse amicos uõ eius abituros ex his que ipẽ iuste pos
sideat in italiam redituros cũ cineres Capionis fratris se
cum deferre decreuisset amicis suadentibus ut in alia naue
huiusmoi reliquias imponeret: potius aiãm suã a se seperatũ
respondit et dicitur quidem magno cũ piculo ea nauis
traiecisse cũ cetere nihil ferme piculi paterentur. Romã
deinde reuersus omne tempus aut domi aut athenodoro aũ
in foro cũ familiaribus erat. Questor uõ factus nõ pus ma
gistratũ inire uoluit q omes leges pretorias pellegisset.
Et ab his qui earũ sciam ferte atq3 ex ordine singulas
cognouisset. Itaque postea huiusmodi magistratũ iniens ma
gnã fecit commotionem ministrorum et scribarũ qui
i eo ordine uersabantur qui cum leges et publicas scriptu
ras i manibus hẽet hões adolescentes qui eũ magratuz

gerebant ita gubernare soliti erant ut ipsi plane magistratus essent. Sed
Cato qui rem magis quam nomen aut honorem sequebatur scribas ut par
erat ministrorum loco tenere coegit fraudes eorum redarguens et per
ignominiam peccantibus quid agendum foret ostendit. ut uero erant impude
tes et ceteros collegas adulando sibi asciscere conabantur et adver
sus Catonem repugnabant primum eorum ut reum fraudis in hereduta
te commisse erario expulit. alium uero tanquam inutilem negligentem
que accusauit: quem cum luctatius Catullus censor uir magne auc
toritatis et Catonis amicus defenderet uirtusque rationibus atque argu
mentis aperte postularet ut sibi reus donaretur erumpens in medium
Cato. turpe est inquit Catule te qui censor sis et morum nostrorum
moderatorem esse debebas ne in ministeris quidem nostris grauitatem ser
uare. Hec dicentem prospexit Catulus quasi responsurus sed siue
ira siue uerecundia silentio consedit. Non tamen in eo iudicio
scriba ille remotus est sed cum una plures condemnarent quam
absoluerent. m. lelius collega qui ab ualitudine absens erat gratia Ca
tuli intellecta re ad erarium perlatus sua illum sententia liberauit.
Nunquam tamen adduci potuit Cato ut eius scribe opera uteretur neque
ut salarium persolueret neque lelium in numero iudicum habendum censuit.
Ita scribarum sententia insolentia a Catone repressa deinceps
eorum ministerio quemadmodum cupiebat usus breui tempore era
rium honestius quam curiam ostendit ut omnes dicerent atque senti
rent consularem dignitatem questure adhibitam a Catone
Nam cum reperisset multis rem publicam debere multos et rei publice debi
tores esse ab aliis exigens ac repetens. aliis uero persoluens omnium
mentes erexit ut eorum quis nunquam ut sibi solueretur experta
bant et cum antea rationes et decreta quedam amitterentur
falsoque multa fierent per preces et nihil pretium nihil tale Ca
tonem aufugit. Sed semel quodam decreto in dubium uocato quam
quamquam multi testimonium fecerent non credidit nec prius recepit

nec prius recepit quam conſules iure iurando affirmarent ſe ei decreto inter
fuiſſe. Erant multi quibus ob ceſos cives L. Sylla pecuniam dederat et
quamquam hodio illos haberent pollutosque arbitrarentur nullus tamen punire au
debat. At Cato indignatione ſimul atque ratione commotus et impium factum
deteſtatus ab omnibus pecuniam tanquam indebitam repetiit. Et n. uo hac
pecunia reſtituta ſtatim preiudicium factum videbatur et qua
ſi prius condemnati in cauſam homicidii trahebantur applauden
te po. ro. putanteque tunc Syllam ipſum damnatum videre tyrannidemque
ex urbe depelli. Capiebatque preterea populum aſſiduitas ac diligentia
Catonis nullus ex collegis prior ad erarium veniebat nullus poſte
rior habita nulla contio nullus ſenatus habitus quem adeſſet ti
mens ne homines per gratiam aut pecuniam vectigalia publica condo
narent. Cum itaque erarium calumniis purgaſſet pecuniiſque re
pleſſet docuit atque oſtendit decere rei p. pecunias habere ſine cu
iuſquam iniuria et quamquam in principio magiſtratus quibuſdam collegis
hodio fuiſſet poſtea tamen ab univerſis amabatur onus omne ſuſcipi
ens contra largitionem atque gratiam. Nam cum quid poſtulabatur
omnes ea ratione preces reiecebat quod nequiret id fieri contra Ca
tonis voluntatem. Erat Metellus ab adoleſcentia Catonis fa
miliaris et in hoc magiſtratu collega vir quidem bonus ſi Catoni
coniungeretur ipſe autem per ſe pronus ad gratiam et ſic facilis ob pudorem
ut nihil cuiquam petenti denegare ſciret. Extrema igitur die finito
magiſtratu frequentia civium domum reductus Cato audivit
quos potentes Metelli familiares apud erarium conveniſſe petiſſe
que a Metello ut gratioſe quedam perſcriberet confeſtim itaque ad
erarium regreſſus Metellum offendit precibus victum omnia
conceſſiſſe. Tum Cato irrumpens tabellas popoſcit illaſque viden
te Metello ipſo atque ſilente in preſentia eius delevit ipſumque ex e
rario excepit domumque reduxit. Nec tamen ob eam rem familia
ritas eorum diſiuncta eſt nec umquam Metellus adverſus Catonem
eſt queſtus. Poſt finitum quoque magiſtratum curam erarii non di

misit sed singulis diebus servos mittebat qui ea que agerentur
perscriberent. Ipse aut libros inquibus rones publicarum pecunia-
rum erant a Sille temporibus insuam questuram perscripte
quinque talentis emit semperque eos tenebat inmanibus i senatu pri
mus veniebat ultimus abibat interdum vo cum cogerentur
ipse sedens toga circu librum obducta legebat nec unq abfuit cu
senatus haberetur. Quandoque per. Cn. pompei amicos tentatu
est cum his qui contra ius facere volebant resistentem videret
sibi inicere quo minus insenatu adesset quare aiaduersa oia
semper negocia post habuit potius q abesset. Neque .n. glorie caua
neque lucri neque casu aliquo ut plerique ad rem .p. se contulerat s
certo consilio viri boni quin et provinciarum negocia et decre
ta et iudicia per hospites atque amicos sibi nuptiari propera
bat. p. Clodio turbulentissimo cive sacerdotes ac virgines ve
stales interquas fabia terentia erat soror terentie Cice
ronis uxoris apud populus accusante suscepta earum defensi
one Cato tantam accusatori verecundiam iniecit ut coge
retur urbem relinquere. Quadere cum m. Cicero catoi
gras ageret non sibi s rei. p. gras agendas cuius causa ista
fecisset. Ex hoc magna erat catonis apud cives .ro. auctori-
tas ut et orator quidam indicendo cum unico testi non esse
credendum diceret nec si Cato inquit is foret plerique etia
ad res incredibiles quin probij loco respondebatur nec si
Cato ipse diceret fidem esse adhibendam dt et adusus per
ditum adolescentem uba insenatu facientem de honestate
et continentia assurgens amicus quis te inquit ferat cona
tem ut Crassus edificantem ut luculus loquentem nobis
ut Cato ceteros quoque prodigos atque luxuriosos cum quid severe

de continentia loquerentur de rasuve Catones appellabant multis Catonem adhortantibus ad tribunatū plebis petendum non putauit conuenire ut potentia tanti magistratus in tempore nō necessario cōsumeretur ī lucaniā itaque cū otium sibi a re. p. foret cum libris et familiaribus habebat. n. illic uillas satis amenas proficiscenti multitudo hoīum cum uehiculis et impedimentis fit ẽ obuiam ex quibus ītelligit metellū nepotem roma redire ad tribunatū petendū p̄sistis ergo aliq̄ tulit tacitus ac subito in urbem regrediendū esse dixit admirantibus socius metellus inquit p̄se ipe formidolosus est et nūc ex pompei uoluntate rediit ut quasi fulmen rem. p. feriat non est igitur ocij tempus neq̄ rusticationis sed huic omīa turbare cupienti resistendū est aut p libertate oppetendū. Ex tor seruit tū familiares ut uillas adusq̄ progrederetur. Sed breue tempus cōmoratus cū aduesperas in urbem redisset postridie summo mane tribunatū petiit ut metelli conatus refringeret. Ius. n. tribunitie potestatis magis ad impediendū ē q̄ ad agendū quippe ceteris omnibus collegis uolentibus unus qui nolit et se opponat plus pot principio igitur pauci ex familiaribus deinde eius sententia latius patefacta omēs boni Catonem sequebantur ceteros q̄ ad demandandū Catoni tribunatū pl. cohortabantur utpote qui nō honorem quereret sed operam suam patrie offerret qui cum liceret p ocium gerē magistratus noluerit. Nūc uō pro re. p. ac libertate certaturus nō sine piculo petat. Ferunt tantam fuisse multitudinē suffragātiū ẽ ut inter studia hoīum pressus in periculo fuerit uix q̄ habuit facultatem sese a turba explicandi. Creatus igitur una cum metello ceteris q̄ tribunis. pls. cum aduertisset comitia consularia uenalia esse increpuit uehement' populu

·ro· et in fine orationis sue iure iurando testatus est sese quicumque largitionem
faceret ei diem esse dicturum. Excepit tamen Silanum qui sororem Ser
viliam eius habebat propter necessitudinem. quam ob causam huic preteriens
L. Murenam ambitus accusavit quod per largitionem obtinuisset ut una
cum Silano consul designaretur. Dabat lex reo ut custode quodam apud
accusatorem posito cuncta sentiret que ille attentaret ut nihil clam
inopinate ad iudicium afferre posset. Missus igitur quidam a Mu-
rena qui Catonem observaret ut intellexit Catonem nihil inimico a
nimo gerere neque iniuste quicquam tentare sed ingenue et humane se ad cau
sam compellare usque adeo moribus Catonis credidit ut relicta obser
vantia illa continua sepe in foro aut domi Catonem adiret ab
eoque percontaretur an ea die quicquam quod ad accusationem pertineret
foret acturus ac si Cato negaret continuo abibat. Cum vero tempus di
cendi cause venisset. Cicero qui per id tempus erat consul Mure
nam defendit variis modis stoicos philosophos et ista que appellan
tur paradoxa illudens ex quo cum multum risum iudicibus ine
cisset ipse quoque Cato subridens illis qui iuxta erat dixisse fer
tur. Dii boni quam ridiculum consulem habemus. In eo iudicio Mu
rena absolutus non inimicum se prebuit Catoni: sed in consula
tu omnia gessit ex Catonis voluntate et in cetera vita illum
observavit atque eius iudicium secutus est. Erat Cato in sugge
stu quidem gravis atque terribilis iustitie custos: in ceteris vero mo
ribus mitissimus atque humanissimus. Prius tamen quam tribuna
tum iniret multa gessit pro re p. precipuum vero fuit quod re
bus magnis atque amplissimis a Cicerone gestis finem precla
rum imposuit. Nam L. Catilina coniurasse ad perniciem
rei p. convictus a Cicerone migravit ex urbe. At Lentu
lo Cethego ceterisque coniuratis qui domi remanserat ur
bemque incendere et rebellionibus bellisque concitatis impe

rium delere parabant deprehensis quemadmodum in Ciceronis
uita scriptum est agitabatur in senatu quid de illis statuendum esset
Silanus censebat eos ultimo suplicio afficiendos esse huius sententiam
pleriq(ue) sequebantur. At Cesar rerum nouarum cupidus ma
teriamq(ue) ad illa que iam mente conceperat querens neca
dos sine iudicio nullo modo censebat: sed in carceribus habendos.
Hec Cesaris sententia mitis et composita oratione explicata sic
mentes hominum flexerat tantumq(ue) timorem senatui iniecerat ut
Silanus interpretaretur sententiam suam quasi nec ipse censuis
set morte afficiendos sed carcere quod esset romano uiro extremum
suplicium. facta igitur tanta conuersione sententiarum omnibusq(ue) in mitio
rem et humaniorem sententiam inclinantibus surrexit Cato et in
principio orationis sue m. Silani oratione reprehensa aduersus Cesarem su
spitionem induxit quasi sub populari spetie et miti sententia rem
pu. uertere uellet ac senatui formidinem incutere cum timere ipse debe
ret et bene secum agi putare si impune talia patrasset non insuper
tanta impudentia patricidas defenderet nec patrie uiros a tan
to periculo liberarent. Hanc solam Catonis sententiam secutam fe
runt Cicerone consule uelocissimos scriptores disponente atq(ue)
docente ut per signa quedam et paruas breuesq(ue) notas multarum
litterarum uim habentes dicta colligerent. Non dum enim reperti erant
hi qui notarii appellantur. Sed tunc primum huius rei uestigium ferunt
extitisse. Vicit itaq(ue) Catonis sententia: assensusq(ue) est illi senatus
ut de coniuratis suplicium sumeretur: et si oporteret ne parua qui
dem suorum morum signa pretermittere ut tanquam pictores animi figuram
exprimamus. Ferunt dum magna esset inter Catonem Cesaremq(ue) de su
plicio coniuratorum in senatu contentio intuente eos uniuerso senatu lit
teras Cesari in curiam allatas fuisse quod cum animaduertisset Cato pu
taretq(ue) per aliquem de coniuratis eas literas Cesari missas cla

mare incepit ac postularet ut publice recitarent. At illa erat epistola
a seruilia catonis sorore Cesari scripta parũ quidem pudice et amato
rie ac ne publice legerentur Cesar sibi legendas porrexit quas
cũ legisset Cato in cesarem statim eas reiecit et inquit capias e
brie atq3 ita ad sermonem quẽ instituerat reuersus est. parũ omni-
um fortunatus uidetur fuisse Cato circa pudicitiam femina
rum. Nam et seruilia soror ut dictũ est a cesare corrupta pu
tabatur ac de alia seruilia huĩ sorore nihilo fama melior nupta
.L. lucullo sũmo uiro cũ puerũ ex eo peperisset ꝑ libidinem repudia
ta est. Quod uõ turpissimũ est nec Attilia uxor sine crimine fuit
Sꝫ et ipã repudiata est a catone cum iam duos filios ex eadem sub
tulisset. post diuortium Attilię Martiam philippi filiam duxit
uxorem. Hec ẽ martia de qua tam multa feruntur q̃q̃ ut in
fabulis ita in hac parte Catonis uita ĩcerta atq3 obscura ẽ. Attñ
ut traseas scribit qui huius rei Munaciũ Catonis familiarem
atq3 ĩ uita comitem hr̃ autorem ita res gesta est. Int multos
Catonis amicos ũtutem eius maximẽ admirantes et alios aliis ma
gis affectos magis per se beniuolentiam caritatemq3 ferentes in
primus fuit .Q. ortensius quidam uir clarus atq3 perhumanꝰ
qui cũ optaret nõ solum amicus et familiaris esse Catonis:
uerũ etiam necessitudinẽ coniunctionemq3 totius familię admi-
scere suadẽ perrexit ut portia catonis filia quę bibulo erat
nupta atq3 ei iam duos filios pepererat sibi uxor traderetur tan-
q̃ fecundum agrum ad sobolem procreandam. Nam esse id opi-
nione quidem hoium fortassis abhorrens ceterum nãa honestum
atq3 ciuile ut mulier ĩ etatis flore ꝯstituta nec a procreatiõ
filiorum uacaret: nec plures cuiq3 pareret q̃ illi incõmodũ fo
ret id. n. nihil aliud esse q̃ molestiam et pauperiem inducẽ si plu
res q̃ opus sit natos quis tollat. Coniunctionem uõ familiarũ

int̃ bonos uiros et ũtutem creſcẽ et caritatem et ipãm ciuitatez huiuſ
modi neceſſitatibus quaſi nexibus quibuſdam colligari atq; conſtrin
gi. Q uod ſi bibulus grauiter ferat nec a ſe diſiungi mulierem patiat̃ con
feſtim ſimul atq; pregnans eſſet ſe reſtituturũ contracta iã maiori ami
citia et arctiori caritate tam cũ ipõ bibulo q̃ cum ipõ catone ꝑꝑ na
torum conſanguinitatem. huic cũ reſpondiſſet Cato ſe hortenſium
quidẽ amare indignũ tñ eſſe ũba facẽ de nuptũs filię quę al
teri nupta eſſet nõ erubuit ortenſius aperte agens et ſenten
tiã ſuam erudanſ a catone poſtulare ut ſibi martiam uxorez
daret iuuenem et adprocreandum idoneam cũ ipẽ certe ſuf
ficientem prolẽ hrẽt. Nec dici põt hoc feciſſe ortenſius q̃ ſciret
catonẽ mulieri nõ dare operam. Nã inhoc ipõ tempore ſcribũt
martiam pregnantem fuiſſe. Cũ igr̃ ſtudiũ atq; uoluntatem orte
ſij intueretur cato nõ denegauit ſ; inq̃t oportẽt ut philippo mã
tris patri hoc ꝑſuaderetur qd̃ cũ factum eſſet ſponſalia facta ſt̃
ipõ catone preſente atque adſtipulante. Iſta q̃q̃ poſteriori tempo
re fuerunt tam placuit qm̃ infeminarum mentionem inci
deram referre. Supto igitur de iuratis ſuplicio Ceſare que
prohiſ rebus quarum grã inſenatu a catone impugnatus fue
rat adpopulum fugiente hoĩes q; perditoſ et corruptos contra
rem pu. excitante ut conatibus eius obuiaretur perſuaſit
ſenatui Cato annonã plebi romanę largiendam. Erat
aũt ſuptus annuuſ m. ccl. talentorũ obquam largitionem
omũſ motus popularis tũc ſubſedit ſ; paulo poſt rurſus excita
tuſ ẽ metello tribuno. pl̃s. turbulentaſ contiones hñte lege ꝑ
mulgata perquã cenſẽbat magnũ pompeiũ cum exercitu
adurbem uocandũ eiq; demandandum ut uideret nequid
detrimenti reſ pu. caperet. Ex ũbiſ quidem ſic pompeiuſ uora
batur quaſi periculum quod a Catilina imminebat propulſatũs

re aūt uera. id agebatur ut res p. inpotestatem pompei deueniret. De hac
cum in senatu referretur sententiam dixit Cato non quemadmodū
solebat contra metellū inuertus sȝ miti oratione atq; composita adorsus
ac etiam obtestans metellum per familię suę dignitatem quae
semper optimas rei p. partes sequta fuisset ut ab incepto desisteret
Sȝ cum metellus longe magis elatus se puim omnia facturum
predicaret confestim mutata oratione atque habitu magna uoce pro
testatus est se incolumi nunq̄ passurum ut pompeius ad urbem cum
exercitu uocaretur idque usq; adeo senatui probauit ut uniuersi
faterentur nullū preter Catonem recta oratione uti eiusq; purā
uirtutem pro statu optimo ciuitatis pugnare. De metello aūt ita sentiebat
ut de hoīe qui omnia perdere atq; turbare uellet. Cū dies itaq; suffragii
uenisset metellus arma hospites gladiatoresq; ī forū deduxit. Itē
magna pars plebis nouarū rerum cupida metello fauebat. Cesare
quoq; qui per id tempus pretor erat metelli studiū enixissime adiuuabat
Boni aūt uiri magis indignabantur et secum ipi moleste ferebant
q̄ Catonem fauerent. Itaq; tanta domi mestitia Catonis erat tan
taq; trepidatio ut etiam quidam ex familiaribꝫ eius sollicit de Ca
tonis salute cibum non sumerent. Uxor atq; sorores luctu se afflic
tarent. Sȝ ipe Cato intrepidus omnia que ī eo tempore agenda forent
solito more exequebatur. cenauit ut consueuerat dormiuit la
tissime una cū munacio terma collega. Mane uō non magno
comitatu descendit ī forum a multis antea monitus ut saluti
sue consuleret diligenterq; caueret. Forū itaq; īgrediens cū uide
ret templū quidem castoris armis occupatū: omnesq; aditus gladia
toribꝫ teneri: ipm̄ denique metellū una cū cesare sedentem conu
sus ad amicos O timidum inquit hoīem qui contra unū atq; in
ermem tantā multitudinem armauit. His simul dictis recta
pressit cū therma his qui aditum seruabant uiam ambobus dum
taxat concedentibꝫ ceteros omnes prohibentibꝫ ut uix Munacius per

manum a Catone ereptus introduceretur. inde ad sedendum pergens Cato
repente sese medium inter Cesarem Metellumque coniecit et consilio ut
mutua inter eorum colloquia impediret. que res cum adversarios eius primo
adventu turbavit tum bonos et urbanos viros fiduciam Catonis admiratos
erexit. Itaque propius accedentes clamore et plausu bonam spem ha-
bere Catonem iubebant ac se invicem cohortabantur ad resistendum
pro libertate Catonemque defendendum qui pro re. pu. egregie di-
micaret. Ut vero minister legem manu tenens per Catonem et ipse
Metellus eam capiens legem cepisset Cato librum e manibus extorsit
Sed Metello verba ex ore que eam mente tenebant pronuntianti Ther-
mus manum ori apponens vocem Metelli preclusit. quos cum videret
Metellus ita agere et simul universum po. ro. ad utilitatem rei pu.
libertatemque conversum iussit armatos qui domi erant magno cla-
more in forum discurrere. Quo facto cum omnis multitudo perterrita
aufugisset Catoque ipse solus relictus lapidibus ac fustis concideretur
Murena quem supra nominavimus a Catone accusatum tam in-
dignum facinus non tulit sed accurrens toga protexit Catonem atque
eum repugnantem in templum Castoris perduxit. Vacuefacto foro Me-
tellus se vicisse ratus armatos abire iussit ipse ad tribunal reversus
legem ferre cepit. Sed hi qui prefugerant confestim redeuntes
aderant minaci clamore adeo ut perterritus Metellus ac vim
formidans una cum suis e foro profugeret. Cato studium po. ro. com-
mendavit confirmavitque et plebs quidem omnino Metellum deseruit Se-
natus autem Catoni favere statuit ad legem impediendam utpote
turbulentam et bellum civile excitantem. Metellus itaque licet per-
tinax erat tamen videns amicos timore perculsos putantesque invictum
inexpugnabilemque esse Catonem ex urbe migrare statuit ac pri-
us in forum veniens invidiam Catoni conflare conatus est vocife-
rans se tirannidem Catonis et coniurationem adversus Pompeium
aufugere ac fore aliquando ut populum ro. peniteret quod tantis iniuriis
affecisset clarissimum virum confestim in Asiam abiit quasi hec omnia

apud pompe

apud pompeium accusaturus. Erat ob hoc magna catonis fama qui tantas
inimicitias in tribunatu pro re p. suscepisset et pompei potentiam in pom
pei contudisset. Sed etiam magis ea creuit quod senatum ignominiam me
tello infligere uolentem sua sententia compescuit. tunc enim et apud
multitudinem laudata est mansuetudo eius quod inimicum non insul
taretur et apud prudentes consilium ei approbatum quod pompeium minime
irritandum putarat. post hec cum C. memmius tri. pl. lucium lucullum tunc
a bello mitridatico redeuntem cuius finem atque gloriam pompeius sibi abstu-
lisse uidebatur triumphare prohiberet diceretque sibi apud populum dicta res
ab eo gestas magis ob gratiam pompei quam ob aliam causam criminaretur Cato
propter affinitatem luculli qui ut diximus seruiliam uxorem habebat tum
quod rem indignam iniustamque existimabat sese memmio obposuit tandemque effecit
ut causa deserta ab accusatione desisteret. Cum ergo triumphasset lucullus
postea magis ac magis Catoni adhesit putans maximum presidium in illo consti
tutum aduersus pompei opes atque potentiam. Ipse autem pompeius ab exerci
tu rediens nihil sibi a populo ro. denegari confisus per litteras postulauit ut
comitia consularia in aduentum suum differrentur quoniam pisoni in petitione con
sulatus presens fauere cuperet. Hec plerique censebant facienda pompei gratia
sed Cato ipse obstitit non quia magnum momentum in dilatione putaret
sed quia conducere existimabat pompei spem experientiamque rescindere. Sena
tus Catonis sententiam secutus est que res non mediocriter pompeium
turbauit ut iam nihil se facturum arbitraretur nisi prius sibi Ca
tonem conciliaret et in amicitiam suam traduceret. per Munacium
igitur postulauit ut duas neptes quas habebat Cato alteram filio alteram
nuptui sibi traderet: non nulli tamen scribunt non neptes sed filias Cato
nis a pompeio petitas. Quod postquam per munacium Catoni relatum est
et uxore atque sororibus hanc affinitatem cum uiro primario atque
amplissimo uehementer approbantibus cupientibusque ipse Cato statim sine
ulla dilatione iussit munacium ad pompeium redire eique respondere
Catonem per mulieres capi non posse: sed beniuolentiam eius sibi gratam
esse et si recta faciat amicitiam polliceri que omni propinquitate
fideliore esse. Obsides uero contra rem p. pompeio nequaquam daturum. hoc ei

consilium et mulieres domestice grauiter tulerunt et amici responsionem improbarunt ut feram ac superbam. Postea tamen cum pompeius cuidam ex amicis in petitione consulatus fauens pecuniam in tribubus diuisisset atque largitio uulgo iactaretur et in ortis pompei pecuniam numeratam esse constaret Catone tum ad mulieres et ad amicos dicente necessarium fuisse huiusmodi rebus si affinitas contracta esset conniuere: confessi sunt omnes recte et honeste factum a Catone quod pompei affinitatem repudiasset. Si tamen oportet ex abeuentu rerum consilia iudicare: uidetur errasse Cato in hac propinquitate repellenda: nam effecit denegando ut pompeius ad cesarem se conuerteret et eam uxorem acciperet per quam utriusque opibus in unum coniunctis res publica opprimeretur: que forsitan stetisset si cato parua errata pompei metuens maxima neglexisset patiens alterius potentiam contra libertatem augeri. Sed hec posterius. Deinde cum inter pompeium et lucullum esset orta contentio. certabat. n. uterque ut ea que in ponto egerat rata manerent. et Cato lucullo qui iniuriam passus uidebatur fauebat. Victus in senatu pompeius ad populum confugit et ad legem agrariam milites prouocauit. Hanc etiam legem cum cato sese opponens impediret pompeius clodium turbulentissimum ciuem popularem fouit et Cesarem sibi amicum fecit ipso Catone causam prestante. Nam cum cesar ex hispania in qua pretor fuerat rediens triumphum postularet et simul consulatum petere uellet legesque iuberent ut qui triumphaturi essent extra pomerium expectarent qui magistratum peteret comitiis adessent postulabat Cesar a senatu ut sibi per alium petere consulatum liceret. contra dicebat Cato qui ut sensit ad gratiam cesaris senatum inclinari longa oratione diem consumpsit: et sic facultatem senatui abstulit decernendi. Qua re cognita cesar confestim petitione triumphi omissa urbem intrauit a pompeioque adiutus consul est designatus filiaque pompeio tradita quasi coniurationem quandam aduersus rem publicam inierunt et alter de colonia deducenda deque agris diuidendis leges tulit. alter suis opibus et potentia huiusmodi legibus fauit. Hi uero qui cum lucullo Ciceroneque sentiebant ad Bibulum

altum consulem confugientes resistebant et ī p̄mis ip̄e Cato qui amicitiam et con
iunctionem pompei et cesaris nulla bona causa factam iā inde cerne
bant dicens nō tantum diuisionem agrorum se timē̄ q̄ id q̄ hec largien
tes populo pro mercede petituri forent. Hec igitur dicens atqȝ docens sena
tum uniuersum ī suam sententiā adduxit ac multos preterea bonos qui
grauit̄ ferebant cesaris prauitatem q̄ is turpiter consulari potesta
te abutens ea perficere contenderet que leuissimi tri. plebis ad gratiam
multitudinis facē̄ consueuissent. Diffisi igitur suffragiis ui censerunt agē̄
dum et p̄mū ipi bibulo ī forū descendenti cofinus stercoris supfusus
est: deinde littoribȝ eius arrepti fasces atqȝ fracti tandem uō telis et
uulneribus e foro pelluntur sed aliȷ quidē cursu fugierunt. Cato uō ultim̄
omnium pedetentim cessit sepe insequentes conuersus eosqȝ detesta
tus. non solum igitur legem tulerunt. uerū etiam senatū iurare coe
gerunt se fauore huic legi siquis impedire uellet prestaturos magna
pena aduersus eum statuta qui iusiurandū recusaret. Iurauerunt igit̄
omnes senatores necessitate coarti antiqui metelli exemplo qm̄ solū
ī simili re iurare recusantem extra italiā exulasse meminerant
Ad uxor̄ et mulieres domi multis lachrimis atque familiares Cato
nem monebant ut tempori cederet atqȝ iuraret maxime tn̄ eū
monebat atqȝ adigē̄ nitebatur. M. Cicero orator qui disserebat nō
esse fortasse iustum his que populus uniuersus statuisset ciuem unū repu
gnare et cum uideret nullo modo ista que facta erant mutare pos
se stultum atqȝ insanū esse sponte sine ullo fructu se piculis obiecta
re. Extremum uero malorum esse si patriam cui gratia hec oīa
faciat deserens perdat malis hominibȝ et secū ip̄e gaudebat ex ciui
tate abiens certamina rei pu. reliquisse Nā si Cato roma nō indi
geat: at certe roma indigē̄ Catone. indigē̄ et amicos omīs inter
quos se p̄mū esse Cicero fatebatur cū pu. Clodius sibi ptribunatum
immineret. Huiusmodi rationibus ac precibus tradunt Catonem ex
pugnatum ad iuramentū descendisse. iurauit tam ultimus omnium

preter unum .m. fauonium familiarem suum atq amicum. His rebus
elatus cesar aliam legē tulit per quam ferme omēm campaniā ege
nis diuidebat n̄ ullus qui contradiceret īuentus ē preter Catonem
Hinc igitur cesar cū ab subselliis in carcerē traheret nihil remisit
Cato mentis atq propositi sui sꝫ inter ambulandū ūba faciebat dicebat
q̄ n̄o esse ferendos qui isto modo rem. p. eūterent Catonem uni
uersus senatus cū sumā mestitia et omēs boni ciues unā cū sena
tu taciti atq afflicti seq̄bant̄. Quod cum cesar animaduerteret cu
piebat ut cato preces aliquas porrigeret. Deinde cum iā mani
festum esset nihil tale catonem esse facturū uerecundia adduc
tus tribuno cuidam plebis p̄suasit ut Catonem eximeret nec
ī carcerem trudi pateretur. His legib; atq his muneribꝫ plebem
capientes obtinuerunt ut Cesari q̄dem illiricum et gallia p̄uī
tia et quatuor legiones ī quinquenniū traderent p̄dicente Ca
tone atq āmonente. po. ro. in arcem tiranem suis suffragiis
constituere. p. aut̄ Clodium ex patritia familia contra leges ad
plebem traductū. tri. pleis fecerūt ut Ciceronem urbe depel
lerent atq omīa illorum gratia faceret. Consules uō Calfurnium
pisonem qui erat Cesaris socer et gabinium paulū qui erat exsī
niu pompei. Sꝫ q̄q̄ tanta ui rem. pu. occupassent et alia grā alia
timore efficerent tamen formidabant Catonem. nā magno la
bore et n̄o sine uerecundia ī his rebus supabant uim tn̄ ei afferre
atq reum facē nephas erat neq omīo tentandum. Nā clodi ī Ci
ceronem quidē expellē posse confidebat p̄nte catone. Sꝫ molestus est
ut Catonem a conspectu urbis remoueret. In principio. n. tribunatus
sui catone ad se uocato sic ūba fecit quasi omnium ciuiū integerrimū
atq ī corruptissimum illum esse suo iudicio putaret ei rei se indi
tium facturum nam multos profectionem ī Cyprum postulare
sed ad eam rem Catonem solum extimasse idoneum: cui cum

ſtatim aduſaretur Cato aſſereretq; non ob honorem ſ; ob contumelias
atq; inſidias hoc ſibi negocium demandari. Clodius nimium ſuperbe
ut ſi non uolens inquit tamen coartus dolensq; proficiſcere aduocataq; contione
plebiſcito firmauit miſſionem Catonis eiq; abeunti nec nauem nec mini-
ſtrum quemquam tradidit preter duos ſcribas quorum alter fur erat alter
Clodii clientulus et quaſi parum negocii foret ciprus ptholomeus et ut
exules bizantiuz reduceret iniunxit eo conſilio ut ipſum plurimo tem
pore extra urbem allegaret. Hac igitur Cato neceſſitate coartus antequam
proficiſceretur Catonem Ciceronem cui diem Clodius apud populum
dixerat admonuit ne in arma atq; cedes urbem coniceret ut rure
ſuis patrieq; ſalutem preſtare poſſet. Deinde per Canidium familia
rem ſuum in ciprum premiſſum. ptholomeo ſuadere inſtituit ut ſine
contentione atq; pugna concederet quaſi neq; pecuniarum neque
honoris expers futurus daturum n. ſibi po. ro. ſacerdotium ueneris
paphiade. Sic ergo Canidio qui nuptiaret premiſſo ipſe Cato apud ro
dium commoratus ea quibus opus erat comparabat. Inter hec ptholome
us egipti rex a ciuibus ſuis exactus relicta alexandria romam naui
gabat ea ſpe ut pompei et ceſaris armis in regnum reduceret. Volens
igitur Catonem affari certiorem de uoluntate ſua eum fecit credens
illum ſtatim ad ſe uenturum. Cato per id tempus purgandi uentri ope
ram dabat itaq; iuſſit ptholomeum ſi ita placeret ad ſe uenire ac ei ue
nienti nec obuiam proceſſit nec aſſurrexit ſ; tamquam priuatum quendaz
recipiens ac ſedem iubens primo congreſſu regem turbauit et in admirationem
conuertit quod ſub populari mente et ſimplici ueſtitu tanta ſuperbia inſolen-
tiaq; lateret. Sz paulo poſt cum uerba Catonis audiret optimo conſilio et
ſumma prudentia de re ſua diſſerentis ac eum reprehendentis quod tanta
felicitate relicta ſe laboribus diſpendiis et obſeruationibus eorum qui
rome potentes forent ſe ſubiciat quorum cupiditates ſi uniuerſa egiptus in
pecuniam redigatur uix replere poſſit et ſimul conſulentis ut domum
rediret et cum ſuis ciuibus placaretur et ſe una nauigaturum ac

mors ptholomei

intercessurum pollicentis ptholomeus tanquam ex insania quadam respiciens veritatemque agnoscens et virtutem Catonis admirans decreuit ita facere ut Cato suadebat. Sed postea ab amicis in priorem spem adductus cum Romam uenisset statim atque adianuam alicuius magistratus peruenit errorem suum recognouit dampnauitque quod non consilium viri boni sed potius dei oraculum neglexisset. Cyprius autem ptholomeus felicitate quadam catonis se ueneno necauit qui cum magnam vim auri et argenti reliquisse diceretur ipse Cato quoniam bizantium nauigare decreuerat. in brutum nepotem suum in ciprum transmisit Non enim satis Canidio in tractatione pecuniarum confidebat. Exulibus post hec bizantium reductis et pace inter eos firmata in ciprum uenit ubi gazam regiam in poculis mensibus lapidibus et purpura reperisset que omnia opus erat uenundare et in pecuniam redigere uolens in ea re diligentia uti et in summum pretium adducere ipsisque adesse et supremam licitationem recipere non credidit consuetis auctionibus Sed in suspitionem huius omnes ministros omnes preconcs omnes amicos preter ipsum eos priuatim qui emere uolebant conueniens ac res tractans effecit ut cum ceteri amici quasi parum fidei eis haberetur moleste ferrent tum in primis is qui omnes amabat munacius ut Cesari orationem aduersus catonem scribenti acerbissima accusationis pars ista fuerit locumque in moram dici exinde habuit munacius tamen scribit non diffidentia sibi aduersus Catonem accidisse ut indignaretur: sed neglectu quodam catonis et obtrectatione Canidij. Nam munacii librum edidit de rebus catonis quem traseas maxime sequutus est in eo libro se scribit post catonem in ciprum uenisse: nec satis honeste a catone se acceptum. Sed cum aliquando staret pro foribus reiectum se fuisse a Catone intus aliquid una cum Canidio baiulante. Et cum de ea re quereretur non satis clemens a catone tulisse responsum. Dixisse enim autem periculum esse ne nimia amicitia secundum Theophrasti sententiam in totum causa foret odij generandi quippe cum pro maximum amorem minus

te i honore habitum putas apud me q̄ oporteat ideoqȝ grauiter fers. Ego
aūt opera Canidij utor cum ꝓꝑ experientiam rerum que i ipo est tū ꝓꝑ fi-
delitatem qui et prius uenit et integer comprobatus est. Hec tn̄ Catone
secreto secum locutum dicit. Verum postea ad Canidium relata cū audi
ret nec ad cenam nec uoluisse nec uocantibȝ paruisse. Minante aūt Cato
ne se pignora capturū ut fieri solet ex cipro nauigasse et multo tempore
sic aduersus Catonem extitisse infensuȝ ut nec marcie quid hec .n. nō
dum a Catone nupta erat loqueretur. Deīn cum barca ad cenā eos uocas
set et Catone moram trahente alij iam discumberent tandem uenientem
Catonē quesisse a barca ubinā sederet cū uero barca diceret ubicūqȝ liceret
circumspexisse Catonē ac dixisse iuxta munaciuȝ sedē uelle atqȝ ita fecisse.
Nec tn̄ quicq̄ colloquij inuicem i cenam habitum. Verum postea Cato
nem a marcia rogatum ut munacio scriberet scripsisse ut postridie ma
ne domū ueniret se aūt uenisse a marcia retentuȝ donec omēs reces
serunt atqȝ ita Catonem ad eos ingressum salutasse munacium et am
babȝ maībus complexum fuisse. Hec scripsimus prolixius arbitrantes nō
minus in huiusmodi mores hoīum cognosci posse q̄ in puagatis atqȝ magnis
negociis. Coegit tn̄ Cato apud ciprum circiter .vij. milia talenta ar
genti. Veritus aūt longitudinem nauigationis uasa multa preparauit
singula duorū talentorū et quinquaginta dragmarum capacia. lon
gum aūt funem singulis alligauit et i fimis capite sup bone magni
tudinis erat ut ipse ipum si naufragiū fieret ubi esset argentuȝ cerne
retur. Hec omīs pecunia i columis romam delata ē preter admodū
paucam: libri aūt duo in quibus ratio omīs eius pecunie diligenter
scripta erat i uia perierunt. Nam cū alter libertus ei? noīe philar
gius secū differret ex con   delatus cum ipis oneraribus perit. Alter
uō cum ipe Cato usqȝ i corcirum seruasset nautis ꝓꝑ magnitudinem
frigoris ignem i medio facientibȝ arsere tabernacula. liberqȝ deperiit
et licet calūpniatores refellere poterant ministri regij tam hanc libro
rum iacturā Cato egerrime tulit nō tm̄ ob exemplum diligentie
sue qd ceteris hoībus prebē cupiebat aduersus igitur nauibus cū urbē

intraret omnes magistratus omnes sacerdotes omnis senatus item maxima ps. pleis.
sic obuiam processerunt ut ripe tiberis utrinque complerentur nec a tri
umpho multum differret eius aduentus. No nullis tn agrestis superbusque
uisus est q consulibs ptoribusqz obuiā progredientibs neqz subsistit neqz cur
sum retinuit: nec iter tam adeos descendit: sz pregressus no prius de
stitit q classem i nauali a reccisset. Cu tn argentu pferu portaret
admiratus est populus. ro tantā magnitudinē et senatus post mul
tas Catonis laudes decreuit ei preturam extra ordinē et ludos inspi
cere purpurea ueste. Verū hec senatus decreta cato ipe deprecatus
Niciam regis seruū petiit a senatu manumitti obsidem et diligen
tiam rerum administratarum. Erat per id tempus consul philipp
martię pater et quodamodo magistratus eius potentia i Catonem re
dibat collega philippi no min i honore catonem hrte philippus ipe pp affinita
tem. post hec cicero i urbem unde prius a clodio pulsus erat reuersus cu
potentia qua plurimū pollebat fretus tabulas in capitolio fixas in qui
bus res in tribunatu Clodij perscripte erant p uim deleuisset senatus
qz super ea re haberetur. et. m. cicero abeuntem clodium accusaret
diceretqz a Clodio gesta esse irrita oportere qm ipe clodius contra
leges tribunatū accepisset no placuit id Catoni. Itaqz assurgens dix clo
dij tribunatu nihil sani neqz boni inse habuisse. Si tn qui irritare uel
let quicquid ab eo gestum esset necesse foret ut ea etiā que in cipro
fecisset irrita haberentur: neqz fuisse secundu leges profectionez
eius in ciprum cum is tn referret qui auctoritatem no hret. Non
igitur contra leges tribunū esse factum. p. clodium qui ex patri
tia familia ad plebem lege contendente transisset. Ex si tribuna
tu quemadmodu cet i mlti abusus est ipum corrigē oportere qui de
liquerit no uo potestatem tribunitiam dissoluē. Ex hoc indignatio que
dam int Catonem et Ciceronem exorta est postea tn procedente
tempore reconciliati sunt. Cu deinde pompeius et crassus cu cesare
qui citra alpes uenerat comunicato consilio statuissent secundu consu-

latum iure et consules factos cesari quidem in quinquennium prouintias
et exercitus prorogare posse ubi magnas pecunias et prouintias et delectus
accipere et rem p. uexare ac multi boni uiri consulatum petituri destitissent
solus Lucius domicius qui portiam sororem Catonis habebat monen
te catone non esse illis concedendum sed pro rei p. libertate certan
dum substitit competitor esse nec solum ad domicium hic peruenit
sermo sed ad omnes bonos non esse negligendas Crassi et pompei opes in unum
collectas sed disiungendum esse alterum ab altero. Fore enim graue et
intollerabilem eorum potentiam si una consules fierent. fauebant igi
tur omnes domicio confirmabantque ostendentes multos ex his qui metu
silerent in comitia suffragaturos sibi. Hoc cum pompei familiares uehe
rentur insidias Domicio tendunt cumque is prima luce cumque is prima
luce cum funalibus descenderet uno ex suis qui precedebat interfecto
multis insuper uulneratis omnes in fugam uerterunt preter domicium
et Catonem. Nam Cato domicium retinebat cohortabaturque dicebat
quod resistendum esse pro libertate patrie aduersus tirandos quod dum spiritus sup
sit qui quemadmodum magistratu abusuri sint iam ex tunc patefa
ciant per tanta scelera ipsum procurantes hec dicebat Cato iam bra
chium saucius Sed cum domicius periculum expectare nollet:
domumque se reciperet designantur consules pompeius et Crassus
nec tamen Cato quieuit: sed preturam petiit neque priuatus consulibus
aduersaretur. At illi cum hoc timerent quod uidebant preture dignita
tem in catone parem fore consulari potestati senatum habuerunt
multis ignorantibus et in eo decreuerunt primo quidem uti pre
tores qui creati forent confestim magistratum inirent neque
consuetum tempus expectarent deinde ne fraudi esset siquis
magistratum per ambitum obtineret et simul ipsi amicos
et ministros ad petitionem eius concitarunt porrigentes argen
tum et ipsi suffragio presidentes et nihilominus omnia ipsorum

studia Catonis uirtus superaret erubescentibus cunctis catoni suffragi-
um nō reddere preturam petenti qui uel p̄rio comparandus foret ad
eum magistratum gerendum et praua tribus eum nominasset
pompeius id animaduertens turpissime mentitus se tonitrua
audisse comitia dissoluit nihil n. fas erat agere cum talia con
tigissent. post hec rursus magnis largitionibus factis et optimatibus
ex campo pecuniis pulsis pretorē fecerant. Vatinium pro caton̄
quo in loco ferunt eos qui suffragium tulerant continuo p̄uerse
cuncta e campo fugisse. Reliqui uō qui id grauiter ferebant tri
buno quodam plebis contionem p̄bente Catonem induxerunt
qui omīa que futura erant et reip. euentura quasi adiuĩ edoct⁹
predixit ciuesqꝫ ī pompeium et crassum concitauit qui ita s̄ con
scij essent ita rem p. administrare cuperent ut timerent Cato
nem p̄torem fieri. tandem uō cum domū reuerteretur tanta mt
titudo eum sequta est q̄ta ne omēs quidem illos qui pretores erant
creati. c. deinde trebonio legem promulgante de prouinciis cōsula
ribus ut alter hispaniam aficamqꝫ haberet: alter syriam et egip
tum et quibus uideretur terrestribus naualibꝫ qꝫ copiis bellū inferret
ceteri omēs cum desperassent prohibē posse sup sederũt nec adūsati
sunt catoni aut contradicē uolenti uix tempus duarū horarum
addicendum est concessum qui cum multa dicendo ac pretmit
tendo tempus cōsupsisset non p̄miserunt ut amplius loqueretur
ß minister eum adhuc dicentem et ī suggesto statim stantem
arripuit. Quin etiam cum ex inferiori loco uociferaretur mt
tique ex ea re turbati essent rursus a lictorem apprehensus extra
forum tractus esset ibiqꝫ relictus Cato uō simul atqꝫ dimissus est
rursus ad rostra magna uociferatione reuersus monebat ciues ne
hoc paterentur. Hoc modo cum sepius ex eo loco deductus semper re
diceret moleste id ferens iussit ut cato in carcerem truderetur.

Quod cum factum esset ingens multitudo ciuium sequebatur et ipse
Cato inter ambulandum cohortari ac monere contra legem non de
sistebat. Quam ob rem territus Trebonius Catonem dimisit et illa quidem
dies frustra consumpta est. postea uero diebus partim minis partim lar
gitionibus uno preterea ex tribunis plebis Aquilio armis depulso ipsoque Catone
e foro direpto multis uulneratis non nullis et interfectis per uim legem tulerunt
Quod quidem tam indigne tulerunt boni ut plerique statuas Pompei ob indignationem
deicerent sed hec quidem fieri Cato prohibuit. Deinde cum de prouinciis exercituque
Cesari prorogandis referretur cum plebe egit Cato sed ad ipsum Pompeium
conuersus attestatus est ac predixit in suam ceruicem Cesarem armari
idque non uidere nunc uerum non eo tempore sensurum esse propter grauitatem et pote
ntiam nec deponere ualebit nec perferre proinde fore ut eo tempore Catonis
reminisceretur intelligeretque non minus utilitatis esse sententie sue quam hone
statis atque iustitie. Hec tamen Pompeius neglexit confisus felicitati sue nec pu
tans fieri posse ut Cesar ab eo disiungeretur. Sequenti uero anno cum pretor
factus esset Cato non tantum uisus est dignitatis ei magistratui afferre quantum
demere. Sepe nudis pedibus et sine toga ad rostra ueniens et causas capita
les clarorum uirorum eo habitu cognoscens. Tradiderunt et non nulli iu
dicia non numquam post prandium cum uinum potasset eum exercuisse
se quod tamen falsum est. Cum autem populus romanus largitionibus corruptus tan
quam mercennaria opera suffragiis uteretur cupiens mederi huic pesti
rei publice Cato senatui persuasit ut hi qui designati essent si nullum accusatorem
haberent ipsi tamen iudicium subire atque rationem reddere cogerentur. Hoc
ferebant permoleste ii qui magistratum ferebant. In quibus et plebs largitio
nibus assueta. Itaque cum Cato postridie ad rostra uenisset multitudo homi
num in eum impetum fecit clamans detestans ac percutiens illum quoad
uniuersi qui circa rostra erant aufugerunt ipsum uero Catonem multitudine pres
sum ac delatum uix rostris adprehensis continere se potuisse dicunt. Sed
cum in rostra se recepisset grauitate et auctoritate turbam sedauit: cla
moresque repressit et oratione habita multi attente auditus turbationem

omnem ex aiſ deleuit ob quam rem cum a ſenatu laudaretur. At ego inquit patres conſcripti uoſ minime laudo qui me pretorem in tanto periculo deſeruiſtis. hi uero qui magiſtratum petebant cum a largitionibus ſinguli deterriti eſſent in unum conuenerunt contuleruntque unuſquiſque xii milia et ſemis dragmarum argenti facta ſponſione ut qui ex eis per largitionem peteret id argentum perderet arbitrum ad eam rem Catonem eligunt et pecuniam apud illum deponere ſtatuunt. Sed ipſe Cato pecuniam quidem recipere noluit fideiuſſores tamen recepit. Cum autem dies comitiorum ueniſſet obſeruans Cato tribunum qui contionem habebat obſeruans et ſuffragia deprehendit quendam ex ſponſoribus contra pacta egiſſe ipſumque damnauit et eius pecuniam aliis attribuit. illi uero iuſtitiam atque integritatem hominis admirati penam remiſerunt ſatis penarum dediſſe illum arbitrati quod a Catone eſſet damnatus. Sed ea res non mediocrem inuidiam in Catonem excitauit quaſi ſenatus iudicium ac magiſtratuum uim ac poteſtatem ſibi arrogaret neque enim ulla uirtus que magis inuidiam contrahat quam iuſtitia quoniam potentia et fides populorum illam maxime ſequuntur. neque enim dumtaxat in honore habent iuſtos quemadmodum fortes neque admirantur quemadmodum ſapientes uerum et amant atque eis confidunt. Ex illis uero quos ſupra memoraui alios timent aliis parum credunt. preterea arbitrantur natura magis quam uoluntate illos excellere putantes fortitudinem et prudentiam alteram claritatem quandam alteram robur animi eſſe. iuſtus uero eſſe qui uult poteſt modo prauitates repellat.

Itaque iniuſtitiam maxime ut inexcuſabile uitium improbris ducunt. Quamobrem Catoni tunc omnes potentes ac clari inuidebant et in primis ipſe Pompeius qui putabat Catonis gloriam ſue potentie officere atque ea de cauſa ſemper quoſdam ſubmittebat calumniatores in Catonem quorum unus erat P. Clodius qui rurſus cum Pompeio in gratiam reuerſus Catonem criminabatur multum argentum in Cypro ſibi expilaviſſe Pompeio autem quod nuptias filie ut indignas repudiaſſet

Adhec respondebat Cato se tantum argenti ex cipro romā detulisse si-
ne ullo equite sine ullo milite q̄tum pompeius ex omib; triumphis ac bel-
lis quibus uniuersum terrarum orbem turbasset nō attulerat. affinitatē
uō pompei nunq̄ abnuisse non q̄ īdignū putaret: sȝ q̄ ea nō eadem
ī re. pu. essent mens ac uoluntas. Nam se quidē prouincia abstinuisse
cū sibi a senatu post p̄turam ultro traderetur. pompeium uero p̄tim
per se accepisse prouintias. partim aliis procurasse. nūc aūt sex mi-
lia militum ī galliā ad Cesarem mittere: quos neq; cesar petie-
rat a senatu: nec ipē autoritate senatus concessit sȝ tot hoīum
tanteq; armorum copie, tot equi gratie sint ac remunerationes
p̄uatim largite impatorem appellatum. pompeium aliis prouin-
cias exercitusq; comisisse: ipm̄ uō domi manē ut seditiones et tū-
bas ualeret quib; rebus manifestum est imperiū affectari a pompeio. hoc
modo Cato pompeium ultus est. Erat. m. fauonius Catonis amicus emu-
lus qualis apollodorus falereus dicitur socratis fuisse uir q̄m facili-
ter uba mouerat: nec id quidem modice atque humane sȝ usq;
ad insaniā atq; furorem. hic edilitatem ferens repulsam ferebat
cui cū faueret Cato aīaduertit tabellas una manu omēs p̄scrip-
tas. Itaq; hanc machinationem redarguens et tribunos super
ea re appellans comitia dissoluit. postea aūt fauonio edili facto
et cetera p eo munera obiuit et expectaculū edidit in theatro
proponens certaminib; nō ex auro coronas sȝ quēadmoduz ī olim-
pio fieri solet ex oleastro dona et attribuit grecis quid ex tri-
dato et raphano et bletola et appio. romanis aūt uini amphoras
carnes porcinas et ficus et lignorū fasces quorum utilitatē alii
deriserunt laudauerūt p Catonis autoritatem. fauonius īt multi-
tudinem se conciciens et cum aliis sedens Catoni applaudebat ad-
monebatq; ut uictoribus ea dona tribueret attestabaturq; Catoni

hanc potestatem concessisse. In alio aut theatro collega fauoni ludos magni
fice faciebat, sed uniuersa multitudo illu relinquerat et ad Catonem
fauoniumque pro rei nouitate se contulerat. fecit aut Cato hec ut do
ceret oportere eum qui ludos faceret ludis uti et gratia magis ac sim
plicitate certare quam tantos apparatus et sumptus in rem non utilem consume
et curas ingentes ea de causa suscipere. Scipio uero cum post hec et ipse ac et mi
lo consulatum petentes non solum illis solitis usitatisque largitionibus sed armis et
necibus contenderet ac temeritate et audacia bellum ciuile concitasset
quibusdam perficiendum contra dixit Cato. Neque enim oportere inquit a pompeio
legibus perficiendum esse sed pompeio a legibus. Verum postea cum multos dies tria
ueluti castra forum obsiderent censuit antequam summa necessitas cogeret
sponte et gratia senatus eam rem pompeio esse mandanda duobus ma
lis id quod minus foret eligens ne cum diu ciuitas seditionibus atque armis
diu afflicta esset tunc demum in potestatem unius deueniret. Dixit igitur
sententiam in senatu m. bibulus catonis necessarius qua censebat solum
pompeium consulem designandum fore. nam ut uel res p. quietem accipiat pom
peio gubernante uel meliora sequatur. cato at assurgens contra sperata
tionem omnium bibuli sententiam laudauit asserens prestare ut quamuis po
testas in urbe sit qui rem p. sine magistratu ac presidio manere faciat
sed quod expectare ut pompeius rem p. sibi commissam laudabiliter tuea
tur et gerat. hoc huiusmodi modum pompeius consul designatus a caton
ut in suburbanum ad se ueniret qui cum uenisset amicissime eum rece
pit et gratias egit rogauitque ut sibi in consulatu gerendo adiutor
esse uellet se ex illius auctoritate cuncta facturum. Ad hec respondit
Cato se neque priori tempore aliquid unquam contra pompeium fecisse inimi
co animo neque in presenti ut gratiam sibi compararet sed pro libertate rei p. sem
per locutum esse. priuatim igitur, quotiens sese pompeio affuturum si pom
peius id postulet omnia perscrutaturum et sane fecit ut promiserat. primum

enim magnam ac nouam penam adiusus decuplatores pompeio statuente preteri
ta condonanda censuit futura uero punienda. Neque enim fine preteri
torum facinorum facile reperiri posse nec noua pena que nunc impo
sita est puniendam esse delicta tunc commissa cum lex alia penam statuebat.
Deinde cum multi summi viri hac ipsa re postularentur pompeiusque in
illum pro amicitia et familiaritate eorum se facile prestaret
remitteretque seueritatem increpabat eum Cato vehementer atque
excitabat. preterea cum pompeius commendationem reis daret in
iudiciis consuetis per legem vetuisset ac post ea ipse munacio flacco
commendationem scripsisset Cato qui in ea causa iudex erat cum recita
ri cepta esset pompei commendatio aures manibus clausit legique illam
prohibuit. flaccum uero ipsum ex iudicibus reiecit et quidem post oratam
causam sed nihilo minus condepnatus est. Omnino autem difficilis atque anceps
scrupulosus erat Cato his qui in iudicium uocabantur nullus enim eorum
hunc iudicem volebat Catonem et tamen reicere formidabat nam mul
ti eo ipso condepnati sunt quod Catonem reiciendo non satis confisi sue inno
centie uidebantur multis et in magni obprobrii partem obicieba
tur quod Catonem iudicem oblatum recipere noluissent. post hec cum
cesar magnas in gallia haberet copias rome uero pecunia largitionibus
et amicis plurimum posset: tunc demum monitiones Catonis diu
antea predicte pompeium quasi dormientem excitauit. Cumque etiam
cum piger videretur perrexit Cato consulatum petere quasi confe
stim arma cesaris abrepturus eiusque insidias patefacturus. Compe
titores catonis duo fuerunt ambo gratiosi quorum alter p. Sulpi
tius plurimum catonis auctoritate et potentia ea tempore fretus
non recte tunc facere uidebatur neque satis gratum se erga Catonem
prestare. Ipse autem Cato numquam questus est sed admirandum esse

inquit si id quidem quis maximū bonuꝫ putat alti ꝯ non concedat. Sena
tui uō ꝑsuasit ut hi qui consulatū peterent ꝑse ro. populū appellarent obqd
magis hoīes sibi aduersos fecit quasi non solū accipiendi pecuniā uerū
etiam concedendi po. ē. abstulisset. Adhec accedebat ꝙ nō ipē addi
cendum prose satis idoneus erat: sꝫ dignitatem morum potius con
seruare uolebat ꝙ compellando atque rogando dignitatē magistratus
ꝗ acquirerē neqꝫ ut amici hoc facerent ꝑmittebant obqd multitudo ca
pi et deliniri solet itaqꝫ uictus a competitoribus ꝯsulatū non obtinuit
et cū ea res nō solū his qui repulsam tulerant uerū amicis qꝫ et fa
miliaribꝫ ruboru esse soleret et tristitiā atqꝫ calamitatē ꝑ multos
dies afferret ipē cato id negligenter ita tulit ut sequenti die ī cam
pum unctus descenderet et post prandiū rursus uti solebat sine
calceis et tunica ī forū ueniens una cū familiaribꝫ ambularet
Hoc factū Catonis Cicero reprehendit ꝙ rebus poscentibꝫ ut ꝯsul fieret
nō studuerit populum humanitate delinire: sꝫ et ad reliquum
tempus defessus fuerit. Atqꝫ preturā rursus petiit idqꝫ illa de
causa facere dixit ꝙ nō iudicio populi ro. sꝫ uiolentia atque
corruptione quorundam hoīum in ea petitione succubuisset. At
cōsularibꝫ comitiis nullā fraude adhibitam sꝫ non satis populo ro.
suos mores probatos fuisse quos neqꝫ mutare ob eam causam neqꝫ cum
illis utatur uelle se rursus ꝑiculum sui facē. Inde cū cesare ī bellico
sissimas nationes impetum fecisset easqꝫ supasset germanos et contra
fedus bello lacessisset et trecenta hoīum milia occidisset aliis ob rē
prospē gestam suplicationes decernentibus Cato censuit ipm Cesa
rem his dedendū quibꝫ contra fedus bellum ītulerat neqꝫ
faciendum ullo modo ut ipi in se atqꝫ ī rem p. tantam pollutionē
reciperent. Attamē inquit diis īmortalibꝫ gratias agendum ē ꝙ pro
hac tanta impatoris nostri temeritate in exercitū nostrū penas

non uterent sed rei p. pepercerunt. De his Cesar factus certior epistolam
scripsit ad senatum in qua multa male dicta in Catonem congessit. Qua lec-
ta Cato ipse assurgens non ab ira neque ab obtrectatione aliqua sed ab ingenio
atque ratione crimina que in se dicta erant iniuriosimilia esse ostendit et lu-
dum aliquem pompamque continere. Deinde mentem cesaris ab ipso initio
patefaciens et omnem illi uoluntatem quasi ipse socius atque conmunicatus fo-
ret aperiens ac docens non brethanorum neque celtarum filios sed ipsum cesarem
esse formidandum ita mentes hominum inmutauit et acuit ut amicos cesaris
uehementer penituerit quod eiusmodi epistolam in senatu lectam facultatem
Catoni dedisset ut urbis iustitia factis cesarem merito et iustissime
redargueret. nihil tamen a senatu decretum in uerba dumtaxat habita
oportere Cesari successorem dare amicis uero cesaris dicentibus ut pom-
peius et deponeret mitteret prouinciasque armandi quidem nisi fa-
ciat cesarem quod non esse facturum iam illa uociferans Cato que ab
initio predixerat aduentare scilicet uirum et manifestissime uim
afferre cum illis ipsis copiis quas a decepta ciuitate adeptus foret sena-
tus in suam sententententiam traduxit. Deinde cum Arimino cesare occu-
pato ad urbem contendere diceretur hinc iam uniuersi Catonem intuebantur
tam pompeius quam ceteri omnes utpote qui primus omnium ista uidisset. dixit
igitur Cato At si his que ego predicebam credidissetis patres con· non
unum nunc timeremus nec etiam in uno spes nostras haberemus. Censeo
tamen uni pompeio ut uideat committendum ne quid res p. detrimenti
capiat et .n. eorundem hominum esse solet magna inferre mala et
refellere. pompeius igitur cum neque exercitum paratum haberet si quas
tunc deligebat copias satis credendum putaret urbem deseruit Cato
uero cum pompeium sequi decreuisset minorem filium in bruccios ad eius
munacium misit maiorem uero una secum duxit domus autem et
filiarum suarum gratia marciam rursus accepit que tunc uidua erat
et ab Ortensio heres relicta quod eius factum maxime cesar

carpendo auaritiam Catonis criminari conatur. nã ſi indigebat inquit cur
eam dimiſiſſet ſin aũt non ĩdigebat cur eam recepiſſet niſi uideli-
cet illam mulierem tanq̃ eſcam a p̃ncipio poſuiſſet et iuuenem dimi
ſiſſet ut diuitem reciperet. Ad hec aũt que a ceſare dicta ſunt
probe illa conueniunt que dixit Euripides in eos qui herculi timidi
tatem exprobabant. Nam p̃ſimile eſt herculi timiditatem ac obicere et
catoni turpitudinem queſtus an uõ improbande ſint he nuptie altercuius ſit
conſiderationis. Sʒ poſtq̃ martiam recepit et curam rei familiaris ac fi
lias ei cõmiſit ipẽ pompeium ſequutus eſt a qua die ferunt neq; capil
los neq; barbam depoſuiſſe luctum uõ atq; meſtitiam pro tantis rei p.
cladibus ſiue ſuperarent ſiue ſuperarentur eodem mõ ſemp̃ habuiſſe.
Sortitus aũt ſiciliam prouinciam ac ſyracuſas profectus cum audiuiſ
ſet Aſinium pollionem cum militib; meſſanam traieciſſe et ſimul co
gnouiſſet pompei fugam ex italia res diuinas p̃magnã obſcuritatẽ mul
toſq; in ſe errores habere queſtus eſt ſiquidem pompeio ĩ hiſ rebus quibus
nihil iuſtitie inerat ſemp̃ dij fauiſſent tũc uõ patriam ſeruare cupientem
et p̃libertate pugnantem deſeruerunt. Q̃q̃ itaq; aſinium ex inſula deturbare poſſet tamen ne ſiciliam cladib; belli inuolueret habendi conſiliũ
ſuaſit monitiſq; prius ſyracuſanis ut de ſalute ſue ciuitatis prouiderent. Dyrra
chium ad pompeium nauigauit cum ĩ caſtra peruenisset ſemp̃ ĩ eadem
ſententia fuit. Cenſebat. n. oportere ut bellum protraheretur ſperans
ut tractu temporis ire mitigarentur neq; ferendũ putabat ut popu
lus ro. ſe ipſum pugna ferroq; trucidaret. Suaſit etiam ut pompeius
ceteriq; primarij uiri decernerent ne qua ciuitas ſocia aut amica po.
romani diriperetur neue quiſq̃ romanus ciuis extra aciem interfice
retur. Hac ille humanitate multos mortales ad partes pompei conuertit
Miſſus deinde in aſiam ut apparatus nauium delectuſq; militũ ac
celararet ſecum duxit ſeruiliam ſororem et lucullũ puerũ ex ſeruilia
genitum. Nam ſeruilia quidem poſt mortẽ uiri ſe catonis pote

stati subierat eumque sponte sequebatur ob adulsam impudicitie famam abstergendam. Verumtamen Cesar ne in hac parte quidem catoni pepercit et in ceteris quidem ut videtur nihil erat opus Catone. Nam hi qui a pompeio missi erant summa cum diligentia cuncta perfecerant. Rodios dumtaxat auctoritate atque oratione sua permovit et Servilia illic relinquens ad pompeium rediit cum magnis terrestribus ac navalibus copiis. Atque in eo tempore maxime pompei omnes hac sententia cognita est. Nam cum navalibus copiis preficere Catonem decrevisset et haberet naves pugnaces circiter quingentas preter liburnas et exploratorias subito mutavit sententiam bibulumque classi prefecit putans non id laborare Catonem ut Cesar superaretur sed ut res p. libera foret tam pompeio quam ceteris potentibus e medio sublatis nec tamen Cato ob eam rem studium dimisit sed in quadam pugna que dyrrachii commissa est cum ipse pompeius ceterique duces ad pugnam milites hortando nihil proficerent Cato orationem habuit de libertate de virtute de gloria ac contempnenda morte que in philosophia didicerat pro ut tempus patiebatur disserens tandem orationem suam in deos convertens ut pote presentes et illos intuentes qui pro patria pugnaturi erant ita militum animos incendit ut cum summo clamore summoque decertandi desiderio pugnam deposcerent omnesque cesaris cohortes ea die in fugam verterent plenamque victoriam assequuti forent nisi cesaris fortuna et pompei cunctatio obstitisset. Verum de his in vita pompei scripsimus. Tunc autem omnibus ob ea que gesta erat letitia exultantibus Cato ipse ploravit patrie fortunam et ambitionem detestatus cernens multos ac bonos cives in acie cecidisse. Deinde pompeius cesarem prosequutus cum thessaliam venisset multeque copie dyrrachii essent relicte et preterea multe pecunie multique romani cives omnium custos atque dux Cato preficitur datis sibi xv cohortibus atque id fecit pompeius quia Catonis potentiam formidabat quem ut ab-

sentem firmissimum victis refugium sic potentem victori sibi minime concessurum existimabat nec promissurum ut pro arbitrio victoria exerceret. Accepta deinde apud pharsalum clade in ea sententia fuit Cato ut si pompeius interiisset omnes qui secum erant in italiam reduceret ipse vero solus tirannidem fugeret atque in exilium iret. Sin autem pompeius evasisset omnino copias illas pompeio conservaret. Hac igitur mente in corcyram ut naves erant delatus cum Ciceronem ibi offendisset perrexit primum omnes copias illi tradere et sese submittere ut decens erat pretorium virum consulari. Sed Cicerone non recipiente et in italiam abeunte cognita pompei voluntate qui cum minime tempus exposceret eos qui in italiam navigabant afficere suppliciis et in primis Ciceroni sibi manus afferre cogitabant privatim ipsum corripiens Ciceronem ex manifesto periculo liberavit et ceteris facultatem abeundi constituit. Arbitratus vero pompeium in egiptum aut libiam pervenisse ad illum ire perrexit cum omnibus copiis data prius potestate abeundi his qui non voluntarie sequerentur. Catoni oram libie pretervecto fit obviam Sextus pompei filius minor natu qui mortem patris nuntiavit cuius mortem cum universi graviter ferrent nec alium ducem sequi vellet Cato detestatus hominum perfidiam qui difficillimo tempore bonos desererent principatum retinuit et in Cirenem perveniens a cirenensis receptus cum paucis ante diebus Labienum exclusissent. Hic cum audisset Scipionem apud Iubam regem se recepisse et Appium varum africe prefectum una cum Scipione esse profectus ad eos pedes hiberno tempore multis asinis qui aquam ferrent congregatis multum preterea commeatum ferens multosque etiam currus ducens et insuper homines qui psilli nominantur qui morsibus serpentum medentur ore trahentes venenum et ipsos serpentibus tes cantibus mitigantes septem

continens

continenter diebus iter fecit ipſe ſemꝑ abſqȝ equo et uehiculo agmen
precedenſ ī cena uero ſedebat. Nam poſt farſalicam pugnā hoc
qȝ ꝑori meſtitię addiderat ut nunq̄ iaceret niſi cū dormiret ī
africā hibernis peractis exercitum dux erant militū circit
decem milia. reſ aūt peſſimo erant loco ſcipione et uarrone
ſimul contendentibȝ et ob id iubam obſeruantibus hoīem ꝑꝑ opeſ et po
tentiam tumentis ſuꝑbię qui ꝑmo Catonis aduentu thronū ſuum
mediū poſuit int̄ Scipionem et Catonē quod cū aīaduerteret Cato
ſublata ſella ad aliam partem ſe contulit et Scipionem mediū interſe
et iubam fecit q̄ꝑ q̄ ſibi īfenſum atqȝ inimicum utpote qui libꝫ cū adūſus
illum ſenſerat. At hoc qdem nō attendunt hoīeſ Catonis factū ſi uō philo
ſtratum ī ſiciliam mediū ambulans habuit ī honorem ꝑhię illum
accuſant. Tunc igitur Iubę inſolentia repreſſa qui q̄ ſat capaſ effece
rat ſibi eoſ qui cū ſcipione erant omnibus conciliatis cū duce Cato
nem ſequi uellent et ꝑcipue ſcipionis ac Varri militeſ negauit ſe co
tra legeſ imperium ſuſcepturum quaſ ut ſeruaret adūſus Ceſare
bellum gerebat neqȝ ſe proprętore dū preconſul aſſit an poſitu
rum. Nā Scipio preconſul prouinciam obtinebat ſpeſqȝ nō nullis
erat ī Scipionis nōīe q̄ in africa id eſſet aduictoriam fatale
Accepto itaqȝ a ſcipione principatu cū ille ſtatim ibe graua omiſ uti
cenſes qui ī ętate trucidare uellet urbemqȝ funditus euertere utpote
cum Ceſare ſentientem Cato obſtitit atteſtans. n. ac uociferans ī conſilio
uix crudelitatem eorum coercē potuit ac partim uticenſiū ro
gatu partim ex Scipionis ſententia cuſtodiam uticę recepit
ut neqȝ ī uitus neqȝ uolens parteſ ceſariſ ſequeretur. Ea urbs
oportuniſſimo loco ſita et abunde munita erat magiſ tamē
a Catone confirmata eſt. nam et annone magnā uim intra
duxit et mēnia turribȝ uallo foſſaqȝ muniuit preſidiaqȝ im
poſuit. Ciueſ aūt quicunqȝ puberes erant ablati armiſ pro-

turribus collocauit reliquos in urbe continuit uehementi diligentia adhibita ne cuique eorum inferretur iniuria nec inferre alius ipsi possent arma uero et pecuniam et frumentum tamen ad castra mittebat: habebat quippe eam urbem quasi horreum belli. Quod autem Pompeio magno prius idem tunc Scipioni suadebat ne signa conferret aduersus hostes pugnacissimos: sed protraheret bellum tempusque contereret quoad tirannidis acies obtunderetur. Sed Scipio Catonis consilia neglexit et aliquando etiam timiditatem exprobrauit scribens ad eum satis esse si ipse in urbe sit et menibus circumdetur nisi etiam ceteros impellat quo minus ea que optima factu sint exequantur. Ad hec rescripsit Cato se paratum offerens cum his copiis quas a Africa duxerat in Italiam traicere. Cum uero hoc quoque Scipio aspernaretur manifestissime cernebatur in Catonis penitentia quod principatum concessisset ei qui neque belli artibus ualeret neque si fortuna aliqua uinceret temperate uictoria usurus foret. Quamobrem et secum ipse agitabat et familiaribus patefecit se non bonam spem in bello habere propter imperitiam ac superbiam ducis ac etsi Cesar ipse superetur se Rome non mansurum sed in exilium futurum propter crudelitatem ac superbiam Scipionis qui iam tum insolentes minas aduersus multos iactaret et euenit citius quam expectaret Cato ut a Scipione male pugnatum esset. Et prima nocte quidam a castris ueniens tertia die pugna commissam Cesaremque uicisse nuntiauit capta et esse castra et Iubam cum paucis euasisse reliquas omnes copias funditus esse deletas. His auditis uniuersa ciuitas ad huiusmodi nuntium attonita uix se intra menia continebat. Quod cum animaduerteret Cato singulos monendo ac consolando quod non tanta essent quanta nuntiabantur mala sed rem uerbis augeri trepidationem sedauit. postridie uero Romanos ciues qui Utice negociabantur quorum trecentum in consilium elege

rat per preconem in templum iouis acciri iubet quo facto uenit ipse
in templum sine ulla trepidatione uultu placato quemadmodum priori
tempore uti solebat librumque in manibus tenens dum illi cogebantur
lectitare cepit. Erant in hoc libro scripte rationes rerum quas ad bellum pre
parauerat armorum frumenti balistarum coacto autem consilio incipiens
ab ipsis trecentis uiris laudauit studium et fidem eorum quod consilio
quod corporibus quod pecuniis bene de re p. meruissent. deinde cohorta
tus est ne spem abicerent neue in aduersas partes aufugerent se inu
icem continerent fore enim ut eo modo plus roboris in resistendo habe
rent faciliusque a uictore salutem impetrarent proinde sibi ipsis
consulerent in utram uellent partem si tamen periculis sese obiectare uelint
et pro libertate pugnare se non solum uirtutem eorum laudaturum
uerum et ducem ac socium prestaturum quoad extremam sortem
patrię experirentur que nec utica sit nec adrumentum
sed romana urbs que sepe maioribus periculis euaserit et sepe re
ceperit multa quidem esse illis ad salutem parata et precipue
quod aduersus eum hominem bellum gererent qui a tempore ac for
tuna totius penderet hispaniam ad pompeium iam defecisse
urbem uero ipsam romanam non solum frenum seruitutis propter in
solentiam recipere sed grauiter ferre et ad res nouas conspira
re denique hostem ipsum pro exemplo habendum qui nullum
recuset periculum ut patriam suam ac iura subuertat
quod cum ille faciat pro iniuria quanto magis eos facere decet qui si
uicerint felicitatem adepturi si uincantur gloriosissimam mor
tem obituri sint. Debere tamen ipsos prius se consulere deos precantes
ut securitate quam superiori tempore prestiterunt ea re se fe
liciter eueniat. Hec cum diceret Cato plurimi oratione

eius ducebantur ac fortitudinem hominis humanitatemque intuentes qui
periculorum immensum obliti offerebant ut corporibus et rebus
et armis eorum arbitratu suo uterentur utpote solus omnium
invictissimus dux et cuiuscunque fortune victor. Satius enim fore
ut eum sequentes morerentur quam si eo deserto salutem accipi
ant. Cum vero quidam censerent servis libertatem esse dan
dam et plerique eius sententiam laudarent negavit Cato
se ullo modo id passurum neque enim iustum esse neque legibus consenta
neum si tamen domini eos liberare velint receptum iri quod cum
multi pollicerentur fuisse iussit nomina eorum scribi atque describi sic
que consilium dimisit. Nec multo post sibi afferuntur littere a Iuba
et Scipione quorum iuba quidem cum paucis in monte quodam latebat.
Scipio autem non longe ab Utica naves conscenderat atque in portu ipso e
ventum expectabat ambo a Catone per litteras postulabant quid sibi
agendum videretur. Cato itaque eorum tabellarios quoad priora con
silia firmarentur retinuit et senatores quidem promptissime
servos dabant manumittebant et armabant. Cetera autem
multitudo veluti navicularii feneratores et cetera huiusmodi tur
ba qui maximam partem fortunarum suarum in servis habebant
mirum in modum refluxerant: velut enim corpora quedam facile
incenduntur et rursus remoto igne cito frigescunt sic dum
presens erat Cato instabantque in eorum consiliis ad virtutem incendeban
tur cum vero discederet atque ipsi per se erant Cesaris formido plus
valebat quam honesta consilia. qui enim sumus dicebant illi: cuique bel
lum inferre paramus non ne hic est ille Cesar qui omnem romano
rum habet potentiam: nostrum autem nemo est Scipio neque Pompeius neque
Cato sed quibus temporibus universi mortales timidiores sunt quam oportet
in his temporibus nos pro libertate romanorum ex Utica pugnabimus
adversus eum qui et Catonem et Pompeium ex italia pepulit et
servos adversus Cesarem faciemus qui tantum libertatis habituri ipsi su
mus quantum ipse Cesar nobis concedet cognoscamus nos ipsos dum tempus

est ueniamque petamus auctore mittamusque ad eum homines qui illius iram
deprecentur. Hec multorum uerba erant nam reliqui unum aduer
sus senatores parabant putantes si eos caperent et Cesari darent fore
ut ira cesaris mitigata facilius salutem impetrarent. Que cum cato
audisset nihil hanc mutationem reprehendit Scipioni tamen iubaeque rescripsit
ne uticam accederent. Cum uero magna manus equitum a pugna que in
ter Cesarem et Scipionem commissa erat euasisset missi sunt ad Cato
nem tres legati non tamen ea omnes mandata habebant. Nam alij ad
iubam eundum fore censebant: alij Catonem ducem poscebant. alij
uticam accedere formidabant. Hec audiens cato m. bruto operam
dedit ut nomina eorum reciperet qui seruos ad bellum manumittebant.
Ipse uero senatoribus assumptis utica egressus tribunos equitum conuenit
eosque rogauit ne senatores perderent neque iubam potiusquam Cato
nem sequi uellent sed in urbem accederent ut se ipsos ceterosque serua
rent esse quidem urbem ipsam inexpugnabilem et multorum
annorum uictum here omnique apparatu belli abundare. Ea cum senato
res multis cum lachrimis precarentur prefecti equitum ad equi
tes retulerunt. cato interea in quodam aggere una cum senatori
bus sedens responsa equitum expectabant. Inter hec m. rubri
us accedit cum summa indignatione motum in urbe fieri. Quod
cum audisset auditum esset alijs quidem lachrimas lamentatio
nemque concussis Cato eos confirmare tentabat. Nuntij post hec
ab equitibus uenere acerba postulantes aiebant enim neque iubam
ducem sequi uelle pro mercede neque Cesarem ullo modo timere
si Catonem habeant ducem. Uticensibus tamen ex fenicia profec
tis hominibus infidis nullo modo intra eadem menia sese esse con
iuncturos. nam simul atque Cesarem ibi copias suas ad urbem ad
moueat inuasuros esse romanos atque prodituros. proinde si uel
let Cato eorum opera ad bellum ut uticenses omnes uel expel
leret urbe uel intra menia trucidaret quod si faceret uticam

se accessuros pollicebantur. Ista Catoni aspera et nimium intollera
bilia uisa sunt: benigne tamen pro tempore respondit: sed de ea
re una cum trecentis deliberaturum atque ita in urbem regres
sus offendit homines non clam neque latenter sed contra exclaman
tes siquis contra Cesarem impellat cui neque posse neque uelle se
bellum inferre dicebant: non nulli uoces contra senatores iac
tabant capiendos esse illos: cesarique dedendos: Sed ipse licet hec audi
ret tamen non audire simulabat et erat quidem subsurdaster. Ut
autem equites abire nuntiati sunt timens ne trecenti illi uiri in
senatores aliquid molirentur profectus una cum amicis cum
cerneret eos iam procul abeuntes equo accepto consecutus est
et equites Catonem intuentes cum summa letitia conuersi eum
receperunt adhortantes ut una secum esse uellet. In hoc loco
ferunt Catonem lachrimasse dum pro salute hominum senato
rii ordinis milites precaretur manusque tetendisset et non nul
lorum equos freno captos uertisse armaque ipsorum tenuisse quo
ad ab equitibus extorsit ut ea die iuxta Uticam morantes
securitatem senatoribus prestarent. Ut igitur eos reduxit
et alios quidem portis alios arci custodes imposuit: magnus me
tus plerosque inuasit ut penas darent mutate uoluntates
postulabant igitur a Catone ut eos adiret. At senatorii pro
Catone solliciti eum retinebant neque dimissuros se neque
prodituros Catonem qui in tantis periculis eos seruasset pre
dicabant. manifestissimus enim ut uidetur sensus erat et ze
lus et admiratio uirtutis eius cunctis qui Utice erant cum
ipse nihil simulate nihil dolose faceret uir qui cum diu an
tea mortem sibi afferre decreuisset ingentes tamen labores
et magnas curas pro aliis suscipiebat ut cum ceteri omnes secu
re iam uiuere possent essentque a periculo liberati tunc ipse de
mum mortem obiret: nec erat occulta eius deliberatio ad-

mortem quam quod pro ceteris affligeretur. Venit igitur tunc ad trecentos so-
lus qui cum sibi gratias egissent rogassentque ne eos in suspitione habe-
ret sed fidei eorum crederet et si omnes Catones non essent neque tan-
ta magnitudine animi prestarent misereundum esse eorum imbe-
cillitati. Censebant enim ad Cesarem mittendum rogandumque potissi-
me pro Catonis salute. Quod Cesar si non concederet ne si ipsis qui-
dem sponte offerat gratiam eius accepturos: sed quoad spiritus supersit
adversus eum pro Catone pugnaturos. Cato eorum sententia lau-
data respondit ut pro se ipsis si ita vellent Cesarem precarentur
pro Catone aut nullo modo id faciendum. Nam victorum qui-
dem esse deprecari et eorum qui errassent veniam petere: se non
per omnem etatem invictum perstitisse et Cesarem honestate et
iustitia longe superasse nec esse victum aut captum sed ipsum Cesarem qui
bellum quod iamdiu contra patriam parabat cum sepe id negasset nunc
tandem convictus est id agitasse. Hec locutus abiit. Cum vero audivit
Cesarem cum omnibus copiis adventare dii boni inquit ut contra
viros ad nos ille. Et ad senatores conversus monuit ne differrent
dum equites adessent saluti sue providere et omnibus portis preter unam
que ad mare prospiciebat clausis naves suis assignavit ordi-
navitque universos sine trepidatione ulla aut tumultu: egenis at-
que tenuioribus pecuniam tradidit. Deinde cum M. Oc-
tavius cum duabus legionibus haud procul ab Utica castris posi-
tis a Catone postularet ut pro imperio diffiniretur. Cato ni-
hil respondit: sed ad amicos conversus quis iam mirabitur inquit si res
male gesta est quando in ipsa morte cupiditatem dominandi
in nostris hominibus cernitis. Inter hec audiens equites iam abire vo-
lentes Uticensium domos diripere cucurrit ad eos profectus p-
mis spolia e manibus excipit: ceteri vero omnes abiecerunt et

cum ſumo rubore diſceſſerunt. poſt hec uticenſes ĩ urbem reductoſ orauit
ne Ceſarem contra .ro. ciues qui utice erant irritarent: ſʒ commu-
niter pro omnibus ſalutem peterent ac rurſus ad mare rediens
curauit eoſ qui nauigaturi erant et amicoſ hoſpiteſq; complexus
dimiſit. filio pſuadẽ nõ potuit ut una cũ ceteris nauigaret neq;
.n. putabat ullo modo patrem eſſe deſerendũ. Erat etiam qdam
Statiliuſ etate iuuenis mente ualiduſ Catonis imitator huic ſua
debat Cato ut inde nauigaret: nec Ceſaris ſibi inimici expecta
ret aduentum qui cũ ſe facturũ negaret reſpiciens Cato Appol
lonidem ſtoicum et demetrium peripateticum inquit ueſtrũ
hoc opus eſt iuuenem lenire et ad curam ſui ipſum conũtere
totam noctem et magnam ptem diei ĩ dimittendiſ amiciſ et
pecuniiſ dandiſ ↄſumpſit. Deinde. L. ceſar. C. ceſariſ cognat
qui a trecentis ad ceſarem mittebatur a Catone poſtulauit
quemadmodum ſ uerba uiderentur facienda pro ſalute
ciuium .ro. Nam et pte quidẽ inqt et manus apprehẽdaſ den
et genua amplectenda erunt. Cato uõ nullo m̃ id faciendũ
abegipto magus. Is uim nature Antonij contemplatus seu re uera id cognosceret: siue quod cleopatre gratia fingeret ita ad Antonium dicere solebat. Fortuna quidem tua o antoni ipsa per se splendidissima est et amplissima: uerum cum cesari adheret continuo obscuratur et decidit. tuus enim demon illius genium reformidat: et cum celsus atque alacer per se ipsum sit obuiuus tamen uicinitatem humilis fit et abiectior. Equidem te moneo ut abesse uelis quam procul ab hoc adolescente. His autem abegipto dictis omnia uidebantur fidem facere. Nam siue sortibus siue talis in re quacumque decertarent semper uictor cesar. Virtus autem erat Antonius sepe pugnantes gallos sepe coturnices certatim immittentibus semper cesaris uincebant partes quibus rebus occulte licet turbatus antonius nec egiptum spernatus mandata cesaris suarum rerum cura: ipse ex italia migrauit Octauia uxore ex qua iam filiolam susceperat usque in greciam comitante. Ibi cum atheniis iemaret afferuntur letissimi nuntij uentidius profligatis parthorum copiis labienum et fcanipathem bellacissimum hyrode regis ducem occidisse. Ob has res epulum grecis ab antonio datum et ludi per urbem instituti: quibus ipse antonius positis magistratus insignibus prefuit et assumptis adolescentibus una cum illis psallauit. Inde ad bellum proficiscens sertum ex cerpsit ex sacra oliua et ex clepsidra uas aque plenum secundum quoddam preceptum secum tulit. Interea parthorum regis filium cum magnis parthorum copiis in syriam irrumpentem Ventidius in cirrastica deleuit. Qua in pugna cum ipse paronis cum uiginti suorum strage cecidisset: tanta formido parthis iniecta est ut ultra medie et mesopothamie fines sese omnes reciperent: neque ultra auderet pedem efferre tribus continuo pugnis summa ui superati et pacoro crasso mortuo penam abunde passi. hoc quidem uentidij bellum inter inclita romanorum facta connumeratur: quamquam ipse ueritus Antonij inuidiam ulterius uictoria uti destitit: et parthos conturbatos ac disiectos prosequi. Ad eos autem qui defecerant conuersus inclitiones re

degit: et Anthiocū cōmagen in ſamoſatis urbe obſedit. Qui cū mille
talenta ſe daturū polliceretur et iuſſa ultro facturū iuſſit uenti
diuſ legationē ad Antonium mittere: cum iſ iam prope adeſſet n̄
pmittebat uentidiū rem cū obſeſſis tranſigere ut ſaltē hoc unū
ſuū et nō Ventidij factum diceretur. Sed ubi obſeſſis negatū eſt
ob deſperationem ī audaciam uſi diu Antoniū nec quicq̄ oppugnatiōi
intentum tenuere: eoq; rem abduxere. Ut penitentia ductus trecen
tiſ dūtaxat talentis turpiter acceptis ab oppugnatione deſiſteret.
Paucis deinde rebus per ſyriam compōitis athenas rediit. Inde
Ventidiū ut decuit laudatum atq; romā ad triumphū remiſit.
Hic ſoluſ uſq; ad noſtrā ętatem triumphauit de parthis, homo obſcu
ro loco natus: ſz celſi aī et magnarum rerū cupidus: qui ea
de cauſa ī amicitiā antonij receptus talem ſe pbuit in reb; ge
rendis ut confirmaret id de Antonio ac Ceſare dictū: multo me
lius ſuccedē ſe per alios q̄ ſi per ſe ipos bella gererentur. Nā et
Caſſius ab Antonio ī ſyriam miſſus pclare rem geſſit: et Ca
nidius ab eodem circa armeniam relictus: ea ſubacta in
ſuper hiberorū et albanorū regibus proſtratis: et caucaſū ad
uſq; profectus nomē et gloriam antonij barbaris natiōib; for
midoloſum fecit. Rurſus quibuſdam calūpniis ꝯ ceſarē irri
tatus trecentis nauib; in italiam properauit: Qui et brun
duſinis non receptus cum tarentum applicuiſſet. Octauia
nā et ipa cū Antonio ex grecia nauigarat multis precib; im
petrat ut fr̄is adeundi ſibi faciat poteſtatem. Erat illa eo
tempore pregnans et alterā iam filiam ex Antonio pepe
rat que uenienti ceſari obuiam progreſſa et ex eius amicis
agrippa et mecenate ī unū uocatis multis lachrimis deprecata
ē ne ipam uelit ex fortunatiſſima mulierum miſerrimā

facere. Nūc n. omīs homines admirari duorū imp̄atorū alterius coniugem alterius sororem. Si nō peiora uincant preliūq; comittatur ipīs quidem duobus incertum esse uter uictō futurus sit uter uictus. Sibi aūt utrūlibet summam miseriam afferre. Itaq; non ambiguum s; certum malū impendē. His uerbis comotus cesar pacifice tarentū accessit. Fuit opereprecium ingentis copias terra mariq; cernē summa cū pace utrinque quiescentes. In medio aūt amicorum complexus et mutuam uerborū caritatem. Cenauit prius cesar apud Antoniū: in hoc q; Octauie morem gerens. Cum deinde conuenissent ut Cesar duas legiones Antonio daret ad parthicum bellū. Antonius aūt rostratas centum. Octauia seorsum petiit fratri a uiro uiginti mioparones uiro a frē mille milites prestari. Hec ubi composita sunt confestim cesar contra sextum pompeium duxit exercitum. Antonius uō deposita ī urbe Octauia una cū suis et fuluie liberis ipē in asiam traiecit: inde cum in syriam uenisset. grauissimū illud malū qd̄ diu iacuerat a melioribus consiliis superatum rursus se extulit uiresq; resumpsit. Effreni ut inquit plato cupiditate aī ad usus honestos et salutares monitus rationis calcitrante. Capitoni fonteio negocium datur ut Cleopatram ī syriam adducat. Que cum illuc uenisset summa apud Antonium accepta cepit dona nō parua nec contendendum regni sui additamentum: S; feniciam et syriam. Coelem et Cyprum et magna ex parte ciliciam. Item iudeam indeam que balsamū producit et omnem nabatheorū arabiā que ad occeanū uergit. Hec dona Cleopatre petiriq; tulerunt romani. Atq; multa regna et tetrarchias priuatis hominibus Antonius dedit: multi etiā reges spoliati sunt ab eodem et fortunis

omnibus exuti ut Antigonus iudeorum rex quem securi percussit quod
nulli ante id tempus contingit regum. preter ceteris tamen flagitiis inuisi
erant cleopatre honores. Augebat inuidiam hanc quod cum uno partu duos
filios ex illa suscepisset: et Alterum alexandrum et alteram Cleopatram
nominasset: cognomenta huic solis: illi lune adiunxit. Ipse autem Anto
nius rem turpem uerbis exornans: sic solitus erat predicare ampli-
tudinem romani imperii non per ea que acciperent: sed per ea que
donarent apparere: prole autem multorum regum nobilitatem pro
pagari. Ita auctorem suum ab hercule natum: neque enim hercules uno
atque eodem utero omnem suam prolem infudisse: neque Solonis leges
aut Curei penas ueritum esse: sed amplam ex se stirpem successio
nemque nature cupiuisse relinquere. post hec cum phraortes hirode
filius trucidato patre regnum occupasset: multique parthorum domo
profugissent Moneses quidam uir nobilis ac domi potens solo patrio
extorris Ad Antonium confugit. Antonius Themistocli illum similem
ducens: se autem potentia ac munificentia persarum regi parem ar
bitratus tres ciuitates partho largitur. Larissam. Arethusam. hiera
polim quam Calonicem ante appellabant. Sed parthorum rege
Monesem reuocante benigne illum dimisit. Antonius ratus phraor
tem subducere ut pacis spe duceretur signa et captiuos qui ex Cras
si superarent clade repoposcit. Ipse autem cleopatra in egiptum remissa per
Armeniam Arabiamque profectus copias undique contraxit non solum proprias
sed etiam sociorum regum. Erant isti complures Amplissimi tamen omnium
Arthauades Armenius qui sedecim equitum et peditum septem milia
duxit. illic cum copias suas recenseret Antonius comperit roma
norum peditum milia sexaginta et auxilia his equitum adiuncta hy
spanorum et gallorum decem milia. ceterarum nationum equi
tum peditumque simul tercenta milia. He tante copie tantique re
rum apparatus ob quas et transbactram indus expauit et tota simul
contremuit asia: nullius usus Antonio propter cleopatram fuere: quippe

dum properat ut ad illam reuitatur ut cū illa hiemet nō expectauit
gerendi tempus: ſ; ītempeſtiue aggreſſus perturbauit omnia. Magi
cis n. carminibus et amatoriis poculis deuincta mens amiſſa li-
bertate propria ī Cleopatre uultū horrebat infixa: longe redeun
di q̄ uincendi cupidior. Principio quidē cū oporteret ī Armenia hi
emare et requiem prebere militibus suis octo milia ſtadiorum uia
defeſſis. et ante q̄ parthus et hiberis copias adduceret ineunte uere me
diam occupare nō tulit ille moram: ſ; confeſtim Armenia ad leuam
capiens ſatrapathenā regionē uaſtauit. Deinde cū trecentos uehiculos ha
beret qui machinas ferebant ad oppugnandas urbes pernecessarias in
quibus aries erat octuaginta pedum quibus corruptis nulla ſpes
erat reparandi ut omnem ad orientem plaga materies minime
generosas procurante dū celerior eſſe cupit q̄ impedimenta relen
tatis poſt ſe deſeruit Taciano quodā qui curā ibi p̄eſſet cū certa ma
nu militū ad cuſtodiam relicto. Ipſe aūt Phraorta urbem magnā
ubi et filij et uxores erant medorū regis obſedit. Ibi mox re ipſa
redarguente cognitus ē q̄tus error fuerit ī machinis relinquendis.
Nam cū illis careret aggerem ſummo labore attollē coactus an
xie perficiebat. Dum hec apud Phraarta gerebantur: Phraor
tes parthorum rex cū magnis copiis deſcendes ut audiuit machi
nas ab Antonio relictas partem ſuarū militū ad eas miſit ab his
circūuentus Tacianus obruitur decem milia cū illo ceſa cap
ti aūt complures ī quibus et rex Polemon fuit. Machine uō omēs
auctoribus incenſe. Ea res ut debuit cunctos antonianos milites
minime quicq; tale ī principio expectantes uehementer turbauit
accessit quod Arthades armenius qui ei belli capeſcendi caūa
ī primis Antonio fuerat quaſi deſperatis rebus cū ſuis copiis ſe ſub
traxit: romanosq; deſeruit. Et iā hoſtes his ſucceſſibus elati ma
nifeſte prodire audebant: munitiones Antonij adire. minas iac
tare. contumeliis laceſſere. Antonius igitur optimū factu ratus

militem educere ne quiescendo et suorum animos languidiores: et hostem fe-
rociorem faciat assumptis legionibus decem pretoriis cohortibus cum universo
equitatu frumentatum egreditur sperans eo maxime modo hostes qui la-
tissime sparsi erant in unum coactos pugnandi copiam facturos ut
vidit parthos undique in se concurrere pugnandi signum pro castris ponit.
et simul temptorium refixit quasi non pugnaturus: sed abiturus par-
thorum aciem preterit accedit admonitis equitibus qui primi erant ut
cum prope fuerint equos in hostes quam celerrime concitant. Erat parthorum
acies in falcis figuram instructa: stabantque miro silentio et quiete
romanorum acies ordines admirantes. equos romanus signo dato
ingenti clamore in hostem defertur. Restitere primo hostes impetumque
sustinuerunt. Mox ut pedes quoque advenit tum ingenti strepitu ar-
morum et clamore militum conterriti parthorum equi et simul ipsi
parthi priusquam manus consererent fugam arripuerunt. hos persequutus
antonius putabat se totum bellum aut certe partem maximam eo die
confecisse. Insequuti sunt equites circiter stadia centum quinquaginta:
pedites vero quinquaginta quibus revocatis quot ex hostibus cecidisset
quot capti essent comperit triginta duntaxat captos et octuaginta
cesos. Ea res spem ac fiduciam omnem romanis ademit pergrave
putantes siquidem ipsi victores tot paucos ex hostibus necaverint victi at
tot amissuri sint quot circa machinas super amiserant. postridie
vero cum ad phraorta redirent obvia sese offert hostis primo quidem
parva manu: deinde maiore tandem universa multitudine ac
si nunquam victi fuissent circa romanos diffusa ad pugnam provocabat.
itaque impediebant ut vix atque anxie Antonius se cum suis militibus
in castra reciperet. ab obsessis itaque eruptione quadam facta cum presidia
romanorum deiecissent iratus Antonius sorte circumducta deci-
mum quemque supplicio affecit: ceterisque pro tritico ordeum prebuit. Erat hoc
bellum utrisque pergrave. nam et romani famem timebant nisi sine vulne-
ribus et cede dabatur iam victum parare: et phraortes sciens omnia fa-

citiora esse parthis quam hieme cum iam equinoctium autumnale esset magnopere verebatur ne fines contineri non posset. Dolo igitur aggrediendum ratus nobilissimis parthorum negocium dat ut romanis qui frumentationis aut aquationis aut denique cuiuscunque rei causa aggrediantur familiarius compellant: auferre sinant: benigne alloquantur virtutem laudent eos mirum in modum placere regi suo significent: inde increpent Antonii pertinaciam quod phraorti eiusmodi viros saluos esse cupienti ipse non assentiatur: sed fame atque intemperiem anni duo maxima et gravissima bella expectet que cum venerit et hi ipsi parthi conentur auxilium ferre: evadere tamen non poterit. eiusmodi dicta a militibus relata movere Antonium non tamen prius caduceatorem ad phraortem misit quam fuerat sciscitatus an hec ex mente regis loquerentur. Qui cum affirmarent et ad regem legatum mittat et suaderent mittit quosdam ex amicis quibus mandata dat ut signa et captivos a parthis repetant ne nihil petendo contentus esse sola fuga videretur. phraortes vero his auditis respondet ut et signorum et captivorum mentione facere omittant: pacem aut si abire malint offert. Quam conditionem intandem ut ab Antonio erat visum suscepit. post hec Antonius paucis diebus dum se milites compararent commoratus a phraorte discedit: Nec ipse quamquam castrensi eloquentia nemini etatis sue cederet contiones habuit. Sed domicium enobarbum id facere iussit. Fuere nonnulli in exercitu qui id graviter ferrent ac se contempni ab Antonio putarent. Alii vero mesticia et pudore quo victus erat impeditum Domicio id negocii dedisse et ob id ipsum magis et conciliatos ac persuasos duci esse oportere predicabant. Erat in exercitu vir quidam marsus genere parthorum mores diutina observatione plurimum callens: ceterum probate fidei iam antea cognitus in prelio circa machinas commisso. Is Antonium adiens monet ne eandem quenit

uiam repetat: neue exercitū pedestrem et grauem per loca plana et aperta tam magnis equitum copiis trucidandū obiciat. Neque n. aliqua de causa phrahortem fechus inuisse nisi ut ab obsidione redeuntes ĩ potissimū locis consequatur. sꝫ ita Antonius uelit ducē se futurum pollicetur nō solum tutioris: sꝫ et breuioris uie. Antonius aūt ꝙꝙ uideri nolebat se parum fidei parthorū confidē: tn̄ comoditate itineris adductus mardū ducē iubet sanctione prius ab eo postulata: ille se uinciri iubet n̄ an̄ dissoluent ꝙ in armenia pduxerit. Quo facto sumit ille iter ad dextram et montes capessit. Ita biduum sine ulla offensione profecti iā omni timore deposito dissolute ĩcedebant. Tertia aūt die cū ad flumē quoddā peruenissent Mardus ripas fluminis recens dirutā cernens et uiam qua eundū erat multa inundatione occupatam: suspicatus hostiū insidias qui ea impedimēta ac moras romanis obicerent haud longe abesse Antoniū monet prouidere ne exercitū incaute ĩcedentes de improuiso parthi adoriant. Vix redierat ĩ ordinem miles cū parthi citatis equis ĩ romanos feruntur circūdant aciem undique instant. Antonius funditores et leuis armature milites in hostem ĩmittit. parthi ĩfesto telo et plumbea glande percussi pedem referunt multis uulneribus acceptis n̄ paucioribus illatis: rursus deinde irrumpē conantes: celtiberi equites excepit dissipauitque ita ut nihil amplius eo die tētarent. Ex hoc antonius cognito quid factu opus esset expedito milite funditoribusque nō solum terga: sꝫ etiā latera exercitus sepsit et quadrato agmine semp̄ ĩcedit equitibus aūt mandat ut hostes uenientes excipiant: fugientes uō non longius sequantur. Hec per quatriduū cōseruata spem omnē prede ademerant parthis ut iam de reditu cogitarent cū spe amissa hiemis obstaret. Quinta aūt die fuluius gallus uir ferox et manu promptus qui ordinē in exercitu ducebat petiit ab antonio leuis armature milites et plerosque ex equitibus quos in fronte hēbat promittens aliquod egregiū facinus sibi sibi pmittantur ostensurum. Antonio uō concedente milites et equites capit et cū hostes ut soliti erant accessissent

in eos irruit fugauitque nec parua fuga ut preceptum erat contentus instat
ferocius et in medias parthorum turmas irrumpit missos ab exerci
tu qui reuocarent contempnit. Ferunt titium questorem signo prius abla
to ad exercitum se recepisse gallum obiurgatum quod multos bonos uiros
temeritate sua perditum iret. At gallus titium contra iurgatus
suos ortatur et eodem loco sistere eos iubet: ibi acerrime pugnatum
est: tandem gallus cum suis ab hostibus circumuenitur pressusque undique mit
tit ad exercitum qui auxilium implorent. Ibi tum militum: inter quos et Can
didius erat uir magna apud Antonium gratia temeritati galli ma
ximum errorem adiungunt: nam cum opus esset frequentiori auxilio uniuerse
in hostes irrumpente paruam manum sepe atque iterum ut primum profliga
ta erat mittendo copiasque euacuando in uniuersum exercitum in cladem
atque in ultimam cladem decidissent: ni Antonius re cognita celeriter
aduolans cum legione tertia pugnam subiisset hostesque repressisset. Tria
milia in eo prelio cesa quinque milia uulneratorum in castra rela
ta: et inter hos gallus quatuor spiculis aduerso corpore traiectus: sed hic deinde
non conualuit. Ceteros uero adiens Antonius curabat solabaturque multo
ipse dolore afflictus ut et lachrimas frequenter effunderet. Sauci
uero eius aduentu letati dextram prensantes orabant ut abiret ac pro-
priam ualitudinem curaret se liberatos esse si ipse dux ualeret affirma
bant. nullus in ea etate exercitum duxit qui aut audacia aut tolleran
tia laborum aut robore militum prestaret. Tanta uero erga ducem reue-
rentia tanta obedientia: tanta penes omnes nobiles ignobilesque et pri-
uatos magistratus constantia in honore ac gratia Antonii preferre saluti an-
ponendo ut nec antiquis quidem illis romanis locum illius excessus relinq
ret. Huiusce rei plures erant cause; nobilitas eloquentia simplicitas ma
gnificentia liberalitas comitas: tum uero una cum ceteris laborando sollici
tudinem pro aliorum incommodis suscipiendo opitulando. cuique quod opus erat
porrigendo promptiores infirmos atque saucios quam ipsos ualentes affe
cerat. Hec uictoria usque adeo parthos extulit ut qui pridie a-

missa spe de recessu ut diximus cogitabant. percursam noctem exercitui que fugituro et deserturo omnia imminerent: et rex quos omnes secum habebat. Nam non ipse illo prelio unquam affuit qui adeo certam propalam victoriamque illuc dimitteret. fuisse dicuntur omnes parthorum copie circiter quadraginta milia equitum. Antonius vero cum esset contionaturus petiit sordidam vestem quo magis animos militum flecteret: sed improbantibus amicis purpurea accessit. ibi cum laudaret fortes: increparetque qui fugerant et hi quidem bono animo esse iuberet. illi vero se purgarent et sive decimationem sive quod aliud supplicium mallet se paratos subire offerrent modo ipse tristitiam animo expellat precatus deos ut si qua invidia priorum felicitatem adventet omnem illam in se unum converterent: reliquo vero exercitui salutem ac victoriam prestarent: contionem dimisit. postridie exercitu diligenter circumspecto processit. parthos autem longe spes sua fefellit. Nam qui omnia rapturi invadentes ita summa virtute a romanis impelluntur ut fortitudinem admirati spem omnem prede rursus deponerent. Inde cum a quibusdam parthis e tumulis sectantes descendentem exercitum per declivia adorti essent: conversi legionarii milites post se nudos clausere: primi quidem in genua flexi clipeos opposuere. hi vero qui post terga erant armis superiectis primos texuerunt. illos item alii eodem modo. erat enim forma que tecti cuiusdam theatrico spectaculo consimilis ad sagittarum lubricationes tutissima defensio. parthi labore confectos esse rati depositis arcubus et contis assumptis romanos invadunt. At illi subito in pedes sublati et invicem cohortati primos parthorum obtruncant reliquos in fugam dant eodem modo et sequentibus diebus factum est. iam exercitus tarde incedens ingenti fame premebatur. Neque enim per hostes frumentatum ire licebat et instrumenta cerealia magna ex parte relicta erant iumentis partim mortuis partim in ferendo eos qui saucii erant occupatis chenix attica frumenti quinquaginta dragmis empta pro ordeaceis panibus tantidem ponderis argentum datum: tandem ad herbas et radices conversi cum notte consuete quoque deficerent coacti sunt et ignotas assumere. Inventa est quedam herba

que ad mortem per insaniam adduceret quicumque illam mandebat neque memine
rat cuiusquam neque ullum agnoscebat ad hoc unum intentus summe ut lapides effo
deret dimoveretque ceu quedam magna res et celeritatis indigua gereretur
Erant cuncta plena ad ruptorum humi ad lapides revellendos transducendosque
et tandem bilem vomentes moriebantur omnes quando unum defecerat uni
cum ad eam pestem remedium. Ita permultis morientibus et parthis vehe
menter instantibus sepe in recogitandum clamasse Antonium ferunt o decem
milia eos qui cum Senophonte babiloniam redierunt admiratione quod multo
longiore via confecta per ingentes copias hostium ad patrias sedes remeasset
incolumes. At parthi cum neque exercitum romanorum obruere neque
ordines turbare ullo pacto possent: sed quoniam ipsi iam sepe victi ac fugati
essent rursus rursus dolos contexere. Admiscentes enim sese roma
nis qui aquatum aut frumentatum exierat et cordas arcuum relap
sas ostendentes se quidem tunc abire domum predicabant quosdam tamen
ex mediis biduum aut triduum secuturos non ut lacessant quidem am
plius sed ut viros atque agros ab iniuriis tuerentur. Ad hec amplexus gra
tulationesque adiungebant quo magis persuaderet. Romani autem
magnam in spem adducti putabant vera fore que illi dictitabant
et spe Antonius una cum ceteris letatus cupiebat iam in planitiem
descendere. Montes enim per quos deinceps eundum erat dicebantur
aquam non habere. Cum itaque copias deducturus esset Antonius venit
quidam proxime ad castra vir quidam parthus nomine Mitridates
nepos Munesis illius qui tres urbes ab Antonio dono acceperat.
Is petit aliquem ad se venire qui syriace aut parthice sciat
Accessit Alexander quidam antonii familiaris parthus. Percontatus
quis esset et in Munesem gratiam omnem referens interrogavit
Alexandrum si montes altos ac frequentes sub quibus late se expli
cent campi ante se cerneret. Quod cum ille annuisset sub illis inquit
montibus omnis parthorum equitatus vos expectat. putant enim vos
eorum verbis subductos relictis collibus per hanc magnam planitiem

iter facturos. Si igitur montes ut adhuc fecistis tenueritis nil amplius q̄ la
bor et sitis timeda est res uobis romanus nequaq̄ insueta: Sin ī campos
descenderitis certo sciat Antonius Crassi calamitatē sibi esse subeunda.
Hec cū dixisset recessit. Antonius hoc nuntio turbatus amicorū senten
tiam sciscitatur. Marcus itineris princeps sententiā rogatus uehe
menter partho assentitur. Quippe et citra illas insidias planitiem
ipām plenam errorū et molestiarū placebat putabat et simul docebat
haud longam regionē esse que aqua careret. Sz ꝯtrum una die trans
mitti posset in hanc sniam cum Antonius adductus eet norte signa mo
uet milites aquā ferre iussi penuria uasculorū galeas pellesq̄ impleue
runt. parthi ut nuntiatum est Antoniuz p montes iter tenerē exciti
ex insidiis et ꝯ ꝯsuetudinē suam norte properantes pma luce extre
mos romanorū ꝯsequunt. Romanos uigilia et labore confectos durē
torū .n. et quadraginta stadiorū itineris ea norte confecerant non
affuturū hostem sperabant et sitim augebat pugnantes .n. ī cedebat
Duz ita proficiscuntur primi qui erant ad flumen quoddaz perueni
unt. aqua erat gelida et nitens: ceterum salsa et uenenosa si
mul ac gustata erat totis uisceribꝫ cōmouebat dolores. Marco
aūt pdicente dispositi sunt quidam percipam qui milites ab hau
stu prohiberent. Sz nō tn̄ ea res ualuit qn urente siti frequn
tes ad potum prosilerent. Antonius quacunqꝫ ī cedens milites
rogabat paulo et sitim tollerarē: haud longe abesse fluuiuz
aque dulcis et salubris: nec hostem deinceps ꝓ asperitatē uiae
sequi posse. his simul dictis pugnantes reuocabat et requiescere
sb umbra iubebat. factis itaqꝫ scenis ēēt parthis ut consueuerat
procul amotis accessit iterum mitridates et per Alexandruz
monet ut cū paulo requieuerint ad flumen accederent. par
thos .n. usqꝫ ad id flumen secuturos nec ultra transituros
esse. Alexander his rebꝫ Antonio nuntiatis refert adeoz aurea

pocula et fialas quorum mitridates quot ueste tegere ualuit acceptis disces-
sit. Aliquantum et tunc diei supererat cum Antonius castra mouit. Ea nox
ab hostibus quidem tranquilla fuit: sed tam magno intercipi post tumultu ut nus-
quam sit magis trepidatum. Trucidatis enim his qui aurum aut argentum
ferebant pecunias diripuerunt. tandem Antonii impedimenta ad-
orti pocula et mensas pretiosissimas effringunt et inter se diuidunt.
Hinc tumultus exortus omnem exercitum trepidatione refersit
putabant cuncti aciem circumuentam ordinesque interruptos esse: ut
Antonius quendam ex libertis suis nomine rannus iure iurando obligaret
ut quandocumque iuberet gladio ipsum transigeret: absciderretque caput
ut neque uiuus capi ualeat neque mortuus ab hostibus possit dignosci. Hic
cum omnes ingemiscerent Marcus itinerarius dux bono animo esse iubet
flumen enim prope esse: idque ex aure spiratione et frigiditate aeris
et temporis profectionis sibi patere: neque multum supererat noctis et si-
mul nuntiatum est turbationem illam non ex hostibus: sed ex militum quo-
rundam auaritia intemperantiaque esse ortam. Volens igitur Antonius
ex errore ac profligatione in ordinem milites reducere manipulatim
precepit quibus iam ferme in ordinem redactis cum dies lucescere cepis-
set parthi extremos inuadere ceperunt. datur signum pugne a mili-
tibus leuis armature: deinde ceteri eos protegunt et testudine fra-
hostem expectant qui cum adire non auderent et romani paulatim
sese subducerent ad flumen primi peruenerunt. ibi Antonius equitibus
aduersus hostem collatis copias traiecit infirmos primo deinde cete-
ros iam et ipsis pugnantibus facultas erat bibendi. parthi enim ut flu-
men experierunt subito arcus relaxant secure transire iubent
uirtutem romanorum ad celum tollunt. postquam id flumen transierunt
et se ex longo labore recreperunt uiam iter pergunt non nimium
parthorum fidei credentes. sexta die post ultimum prelium ad flu-
men araxem quod mediam ab armenia diuidit peruenerunt.

Visum est eis hoc flumen et altitudine et rapacitate horrendum: et rumor erat par
thorum insidias ibi esse ut romanos transeuntes adorirentur. Ubi igitur Ara-
xem tutissime traiecere: armeniamque tetigere qui ex longo pelago terram illam
intuentes adorabant ad lachrimas et amplexus pre letitia conversi: Inceden
tes autem per regiones fortunatas et ex recordatione penurie rebus omnibus ab-
utentes: hydericos utericosque incurrunt morbos. Hic cum exercitum recenseret
Antonius comperit viginti milia peditum: quatuor milia equitum eo bello
amisisse non tamen omnia ab hoste cesa: sed supra dimidiam partem morbo absumpta.
Ierunt igitur a phraahortis viginti septem dierum iter: preliis decem et octo
parthos vicerunt. Sed he victorie neque vim ullam neque effectum
habebant quia hostem consequi non poterant. Quamobrem manifestum erat
confectionem eius belli per Arthavadem armenie regem Antonio sub
tractam. Si enim quos ex media reduxit equitum sexdecim milia affuis
sent: parthico fere more instructa et cum illis pugnare consueta: ro-
manis profligantibus: illisque persequentibus nunquam hosti fuisset facultas toti
ens ad bellum numero pene integro redeundi. Cuncti igitur Antonium
ad penas de rege sumendas incitabant. Sed ipse ratione fretus quod exercitus
e tot malis non dum respirauerat: nec questus est quicquam adversus regem
nec minus quam solitus erat in honore habuit. postea tamen rursus armeniam
ingressus multis promissionibus regem allectum in vincula coniecit. eumque alle
xandrie in triumphum duxit. Que res maxime romanorum ani
mos ab Antonio alienauit quia insigne ac precipuum patrie decus ob cleo-
patram egiptiis tradidisset. Sed hec ut modo dixi postea sunt facta.
tunc vero per hiemem ac nives rechere properans insuper octo milia militum
in itinere amisit. Ipse autem cum reliquis ad mare descendens quodam in
loco qui leuconoma dicitur: est autem medium inter beritum et sydo-
niam: cleopatram expectabat: et tardantis desiderium peregre
ferebat. Sed tamen ad potus ebrietatesque versus cum tollerare moram ullo
pacto nequiret et sepe a compotoribus inter bibendum prosiliens
ad speculandum currebat. Venit cleopatra tandem et vestem et pecu
niam militibus tulit. Sunt tamen qui affirment vestem duntaxat Cle

opatram attulisse: pecuniam autem propriam Antonium qui ab illa acceptam
militibus diuisisse. Inde cum inter parthorum medorumque discordia
esset pro romanis ut ferunt spoliis diuidendis exorta: formidaret
que medus ne proprio regno a parthis deturbaretur missis ad Antonium le
gatis hortatur ad bellum parthorum rursus capessendum et suas ac suorum
in res conatusque pollicetur. Antonius igitur magna spe elatus quando
id quod solum primo bello defuerat equitum ac sagittariorum multitu
dinem gratis oblatam sibi per occasionem cernebat: iterum parabat
per armeniam ascendere et se cum medis circum Araxem coniungere: atque
ita simul parthis bellum inferre. Dum hec in asia geruntur cesar interea
rome octauiam sollicitat ut ad Antonium nauigaret, non ipsius gratia
ut plurimi aiunt: sed ut illa repulsa aut neglecta iustam causam
fratri preberet belli contra Antonium inferendi. Cum igitur athenas per
uenisset redduntur sibi littere ab antonio quibus iubebatur athenis ex
pectare et simul se contra parthos profecturum significabat. Illa uero
hoc nuntio perturbata quamquam non ignorabat quid rei ageretur: tamen mittens
ad Antonium rogauit quonam uellet ea mitti que ipsa ad eum perferre
bat. Ferebat enim uestem militarem complurimam: multa et iu
menta et pecunias et dona que Antonii familiaribus largiretur
et preterea militum delectorum duo milia quibus in cohortes re
dacti et totius corporis armaturis mirabiliter ornati erant. Hec
omnia cum ad Antonium Niger quidam ab octauia missus detu
lisset et iustis laudibus ornasset: timens Cleopatra Octauie aduen
tum ne forte probitate morum et cesaris potentia Antonius
flecteretur non satis blanditiis confisa amore se Antonii simulauit
incensam: et corpus quidem subducto cibo attenuat: et siquando ab
ea discederet continuo in oculis humor ac tristitia aderat cum in con
spectum redibat quasi stupore quodam percussa intuebatur. Dabat
et opera ut non numquam ab Antonio lacrimans inueniretur. con
festim lacrimas abstergebat occulebatque quasi magnopere illum

conaretur latere. Hec tum maxime faciebat cum Antonius parabat
ex Syria ad Mediam proficisci. Assentatores autem regine studiosi
Antonium ut plane durum ac ferum hominem notabant qui feminam perde
ret in unum ac solum ipsum intuentem. Nam Octaviam quidem rerum gratia
per fratrem Antonio iunctam coniugis nomine frui. Cleopatram autem tot po
pulorum reginam dominam amatam Antonii vocari neque hoc nomine
fugere neque erubescere modo aspicere ipsum atque una esse liceat. quod si hoc
quoque illi denegetur non amplius vitali aura fruituram. Eiusmodi
libis usque adeo Antonium effeminarunt ut omni apparatu rerum negle
cto sollicitus de Cleopatre vita in Alexandriam redierit. profectionem
autem ad Medum aliud in tempus differret quamquam tunc vehementer Parthos
laborare in intestinis seditionibus audiebat. post tempus tamen profectus ami
citiam cum Medo firmavit et uni ex suis et Cleopatre filiis regis
filia desponsata. Inde regressus est iam ad civile bellum tota mente con
versus. Octaviam .n. ab Antonio neglectam ut Romam rediit iussit Cesar se
orsum per se habitare. Sed illa negavit se domum Antonii deserturam
et nisi aliud subesset hac de causa minime certandum esse censebat.
per turpe .n. fore si duo Romanorum imperatores ad arma eant. alter
amoris gratia. Alter quod pellex sorori anteponatur. et hec sane factis com
probabat. Nam neque Antonii domum deseruit neque filiorum eius cu
ram remisit: sed diligenter excoluit non solum communes: sed et ex
Fulvia ante susceptos. amicos et Antonii qui vel petendi magistra
tus vel ceterarum rerum gratia Romam venerant suscipiebat fovebatque
et si quis opus erat pro illis a Cesare impetrabat. His illa rebus insciens
impendensque plurimum obfuit viro cunctis indigne ferentibus quod eiusmodi
femina iniuriis afficeretur. Augebat Antonii odium divisio illa
tragica atque superba maximeque a Romanis moribus abhorrere visa quam
illa fecerat Alexandrie inter suos et Cleopatre liberos. Nam cum
in gymnasio duos ex auro thronos gradibus argenteis posuisset et in altero
ipse in altero Cleopatra consedisset. filiis item paulo humilioribus thronis

collocatis inspectante omni multitudine primo quidem Cleopatram regi-
nam appellauit egiptii cypri libie et syrie: Coeles unaque cum illa cesari
onem regnare iussit quem cleopatra pregnans relicta ex priore cesare
reperisse uidebatur. Secundo autem loco suos et Cleopatre liberos reges regum
nominauit: assignauitque Alexandro Armeniam. mediam. et parthiam
siquando subiceretur. ptholomeo autem feniciam. syriam. et cyliciam.
et principio eos duxerat uario ornatu. Alexandrum medica ueste
thiaram et cidarim rectam habentem ptholomeum crepidulis et cla
mide et causia cum diademate ornatum. Hic erat enim habitus ab Ale
xandro regum ille medorum et armeniorum. post hec cum pu
eri genitores salutassent et amplexi fuissent presto custodes utrique
fuere huic armenii. illi macedones. nam Cleopatra quidem et tunc
et alias quotiens se multitudini ostendebat sacram ysidis stolam
assumebat et noua ysis iura populis dabat. Hec cesar sepe in senatu
ostendens: sepe in contione accusans populum contra Antonium conci
tabat. Misit et Antonius romam aduersus cesarem accusationes: primo
quod pulso pompeio siciliam adeptus nullam eius insule partem fecisset
sibi: secundum quod cum ei nauibus ad prelium usus esset nullas umquam re
stituisset: Tertium quod cum m. lepidum collegam exauctorasset pri
uatum fecisset. ipse haberet legiones et prouincias illi traditas super omnibus
quod cesar italiam ferme totam militibus suis diuisisset et nihil reliqui
militibus antonii fecisset. Ad hec cesar ita respondit lepidum quidem ita
remouisse ab imperio quod nimium ob eam rem insolescere usus erat.
Que autem bello acquisierat se Antonio partem facturum quando et
ipse armenie partem faciet sibi. Militibus autem italiam non esse dan
dam cum parthiam et mediam habeant quas romanorum imperio uin
xerant una cum imperatore suo preclarissime pugnantes. Erat in armenia
antonius cum hec nunciata sunt ei confestim itaque iubet Canidium
cum sex legionibus ad littus descendere. Ipse autem cum Cleopatra ephesum

uenit. Nam ibi maritime copie undique conueniebant. fuere om̄s
naues octingente cū onerariis quarum Cleopatra contulit ducen-
tas et talenta uiginti quinq; milia et comeatum uniuso exercitui
habunde Antonius q̄dem adomicio admonitus ne secum Cleopatrā
duceret: iusserat illam ī egiptum redire ibiq; euentum belli expectarē
Sȝ ipā uerita ne pax rursus ꝑ Octauiam fieret Multis premiis a Cani-
dio impetrat ut pro se Antonium alloquatur doceatq; neq; iustum ēē ab
exercitu repellere mulierem que tanta auxilia ꝑbeat ad bellū neq;
conducē ut egiptij languidiores fiant magna ps maritimarū copia-
rum. Quin et se non ꝑspicē cuinā eorum regum qui Antoniū per-
secuturi sint Cleopatra cedat aut prudentia aut consilio. Nam et magnū
regnum iam diu per se ipām gubernasse et ab ipso Antonio didicisse quem-
admodū ī maximis rebus uersari oporteat. hec quidē consilia. opor̄tebat
.n. iam omīa in Cesarem transferri: uicerunt. Collectis itaq; copiis cum
samum nauigantes peruenissent. Ibi aliquot dies comorati sunt ī sūmis
uoluptatib;. Ut .n. reges dynaste tetrarce nationes ciuitatesq; uniuerse:
que intra syriam et meotida. et armeniam et lauricas iacent
iussi erant eo mittere et ferre quibus ad bellum opus esset ita cuncti
dionisij artificibus editum erat ut ī samo adessent. Itaq; reliquo omī ter-
rarum orbe ingemiscente una insula cantibus. saltationibus. theatris
certaminibusque intenta erat ī molauit tota ciuitas. Reges aūt inter
se magnificentia donisq; certabant. post hec Antonius athenas uenit. et
rursus in iocis erat et theatris. Cupiens aūt Cleopatra quos ciuitas
illa Octauie dedisset honores eosdem sibi decerni. Amabatur .n. egre-
gie ab atheniensibus octauia multis beneficiis populū amplexa ē. Ciui-
tas igr̄ honores decreuit misitq; legatos Cleopatre domū qui scopbisma
ferrent. Horum unus fuit ipē antonius utpote ciuis atheniensis qui
coram regina ꝯstitutus orōnem pro ciuitate hūit. deinde romam
misit qui Octauiā domo expellerent. Egressam illam secuti cū omib;
antonij filiis: preter maiorē natū ex fuluia. hic .n. cum prē aberat
plorantem et inique ferentem q, et ipā una causa discordie ciuilis putare-
tur. Romanis uō id ī dignissime factum uidebat. Antoniū tn̄ miseriorem

iudicabant: maxime hi qui Cleopatram uiderant quib; apertiſſime no-
tum erat neq; ętate neq; forma Octauię anteponendam. Ceſar audita An-
tonij celeritate magnitudineq; copiarum uehement' trepidauit timens
ne ea extate pugnare cogeretur. Deerant .n. complura ad belli appara-
tum et hoīes ſibi īfenſi erant ꝓpter īmodicas tributorum exactiones. Co-
acti erant alij quidem quartam partem fructuū ꝯferre: libertinę uo
conditionis homines octauā totius patrimonij. Itaq; oēs ī ceſarem
accenſi et tota ꝑturbata erat italia ut ī maximis Antonij erra-
tis ponatur huius belli dilatio. Nam et ſpatiū ceſari dedit exercitus
comparandi et lenienti dolores hoīum quippe dum exigebant' tributa eſ-
fereueſcebant. Exactis aūt ac ꝑſolutis ira ceſſabat. Inter hęc titius et plan-
cus uiri conſulares Antonij amici multis contumeliis a Cleopatra
affecti ꝗ ſibi aduſati fuerant ne ad bellū duceretur ad cęſarem trans-
fugere: et Antonij teſtamentum cum ceſar peteret dare quidem
uirgines noluerunt: ſ; facultatem fecerunt ut ꝑſe ipm̄ aſſumeret. Cę-
ſar cum tabulas abſtuliſſet ꝑmo cepit quidē priuatim ut queq; ſcripta
erant conſpicere: locoſq; reprehenſione dignos notare. Tandem frequēti
ſenatu m̄lta ex hiſ legit que ꝑ abſurde ſcripta uidebantur ut mi-
rume īdignum putaretur eū uiuentē adhuc penas dare: ꝓ cohis q̄
poſt mortem mandabat fieri. Immoratus ē maxime ceſar ī ſeppul-
tura. Iubebat .n. Antonius teſtamento ſuo ſi romę diem obiret corp'
eius ingenti apparatu et magna celebritate hoīum ꝑ forum efferri. et
Alexandriā ad Cleopatrā mitti. Caluiſius aūt ceſaris amicus hec ad-
didit Antonij crimina largitū fuiſſe Cleopatrę pergamenas biblio-
thecas ī quib; ducenta milia erant librorum. In cęna uo q̄dā ūi m̄lti
adeſſent ſurrexiſſe antoniū et pedem Cleopatrę prexiſſe: et q̄dā com-
poſitione ī eos facta: tuliſſe et ut ſe pn̄te cleopatra ab epheſiis domi-
na ſalutaretur. preterea cum reges tethrarcasq; iudicaret tabellas ex
criſtallo aut ex unguibus amatorie ſcriptas frequenter acceptaſſe a Cle-
opatra easq; inter iudicandū lectitaſſe: et dū uir Furnius Camillus am-
pliſſimus et cunctis romanis eloquentia antecellens cauſā ī foro diceret

Cleopatram in lectica per forum tūc forte delatam simul ac Antonius uidisset
prosiluisse e sella et post hita causa cleopatram psequutum fuisse. Sȝ ī plerisqȝ
ex his caluniari uisus est Antonius Caluisius. Amici uō Antonij q̄ q̄ rome
unū quenqȝ ex plebe prensantes pro Antonio deprecarentur: miserūt tam̄
ex suis Geminum quendam qui rogaret Antoniū moneretqȝ: ne cō
temnat se approbato eo hoste iudicari magistratuqȝ abdicari. Is geminus
ut in greciam uenit Cleopatre erat suspectus ne octauie gratia ad Antoniū
uenisset. Delusus itaqȝ ī conuiuiis et contumeliose acceptus tn̄ omīa tollerabat
tempus alloquendi Antoniū expectans iussus tandem ī conuiuio proquibȝ rebȝ uenis-
set eas res exponē. Cetera quidem inquit Antoni sobrie sunt orationis
et nō temporis huiusce. Vnū tam̄ scio et sobrius et ebrius bene scilicet pro
cessura omīa si cleopatra ī egiptum remittatur. Hec cū Antonius impa
tulisset Cleopatra inquit benefacis gemini qui ueritatem ita plane
sine ullis tortoribus confitere. Geminus igitur post paucos dies ab Anto
nio fugiens romā redijt. Multi preterea ex antonij amicis pulsi a Cleo
patre assentatoribus: quorū unus fuit. m. Sillanus et delius hystoricus
hic fugisse ait cleopatre insidias Glauco medico admonente. Erat aūt
cleopatra illi infensa qđ in cena dixisset ipsis quidem acidū uinū in
fundi sarmentuȝ rome aūt falernū potare. Erat aūt sarmentus cesa
ris seruulus ex hijs qui festiuitatis causa hērī solent quas romani delitias
appellant. Sȝ ubi omīa satis parata rome uisa sunt aduersus Cleopatrā bel
lum decernitur et Antonius id imperium deponē iubetur ī quo ipse iā
antea mulieri concesserat. Addebat cesar hec uba. Antoniuȝ q̄dem ama
torijs poculis infectum ne se quidem regere aut gubernare posse. pu
gnaturos aūt contra ipsos fore photinum et mardiones eunuchuȝ et Car
monium et Cleopatre tonstricem aquibȝ Antonij imperium
plurimū gubernaretur. prodigia añ bellum hec fuerunt. pisauruȝ
urbē non longe ab adria inquā Antonius deduxerat colonos hiatu
tre obsortam pericisse Albe statuā quandam Antonij lapideam multos
dies sudasse et cū aquibusdam siccaretur nō destitisse sudorem emit
tere. patreis dū ibi Antonius esset herculem fulmine tactum arsisse.
Athenis expugna gigantea bacchum ui uentorum ex cussūȝ intheatrū

remouerj

decidiſſe. Et ut ſupra diximuſ herculem quidem generiſ auctorem: baccū
aūt ducem uitę habebat Antoniuſ et unior dionyſius uocabatur. Eadem
tempeſtaſ eumeniſ et attali coloſſos qui athenis erant antonio preſcrip
toſ humi proſtrauit et quidem ſolos et multiſ preterea et cleopatrę na
uiſ quę Antoniaſ dicebatur ſignū fuit horrendum. Nā cū ſub puppi hirū
dineſ nidificaſſent ſupuenere alię et priuſ priūm expulſis nidos diſtru
xere inde cū iam ad preliū utrinq; coirent: Antoniuſ quidē pugna
ceſ habebat naueſ nō pauciores quingentiſ ī quib; octiremeſ et decire
meſ erant permultę omnſ pclariſſime ornatę: peditū milia centū equi
tū milia uiginti duo regeſ qui ei parebant Bocchus libyę. Tarcon
demus ſuperioriſ cilicię. Archelauſ cappadocię. philadelphuſ pafla
gonię. mitridateſ cōmagenę. Adallaſ tracię. Hi regeſ aderāt. au
xilia uō miſerūt polemon ex ponto. Manthuſ ex arabia. herodes
ex iudea. Amintaſ ex licaonia et galatia. Erant et amedorum
rege auxilia miſſa. Ceſar aūt habebat naueſ pugnaceſ centū quinqua
ginta peditū octuaginta milia: equitū ferme parem antonij nume
rum. Imperabant aūt Antoniuſ quidem ab Eufrate et armenia
ad yonium et ylliricum. Ceſar uō ab illirico ad experiā et oc
ceanū et rurſus ab occeano ad tirrenū et ſiculū mare. libię
uō quantū italię gallię hiſpanię oppoſitū eſt uſq; ad herculeaſ colū
nas ceſar hēat. Antonii uō a Cyrene ad ethiopiam. Ita aūt Cle
opatrę additus erat Antoniuſ ut cū ualeret plurimū terreſtrib;
copiiſ Cleopatrę gratia uictoriā nauale concupiuerit quāq; uiatores
agaſoneſ. meſſores adoleſcentulos per totā greciā amagiſtris raptos
cernebat ad naueſ implendaſ: nec ita quidem ſatis repletaſ. ſ; ple
raſq; uacuaſ et egre nauigantes. Ceſariſ naueſ brundiſij ac ta
renti paratę erant non ad faſtigij roboris ſui oſtentationem ſed
ad celeritatem facultatēq; fabricatę uiriſq; maxime refecte. mi
ſit igitur ad Antoniū ceſar ut italiā accederet ne ampliuſ tempus
morando tereret. ſe quidem portuſ ac litoris italici capeſſendi poteſtatē
facturū pollicetur: tantūq; a littore cū ſuis copiiſ receſſurū ut tute
ex nauibuſ deſcendere et caſtra metari poſſit. Antoniuſ autem iactabundus

Cesarem in singulare certamen prouocabat quamquam ipse senior esset. Vel si hoc re
fugiat cesar placere omnibus copiis ut olim pompeius et cesar in farsalia dimi
care. Antonium igitur circa Accium naues habentem ubi nunc Nicopolis est
preuenit cesar et Ionium transgressus epyri locum que thorina dicitur
capescit. trepidatione ex hoc apud classem Antonii exorta aberant
enim terrestres copie. Cleopatra ludens inquit. quid uero periculi aut ma
li est si cesar super thorina insedit. postridie uero summo mane cum cesar in
structa classe in hostes pergeret ueritus Antonius ne naues defensoribus
uacue capiantur remiges quidem omnes armauit et propugnacula
ostendit. Robur autem iuuentutis et fauces eius loci contra cesaris
impetum instruxit. Ita cesar ab antonio arte superatus recessit. per
humanum hoc loco factum antonii memoratur. Nam cum domicius e
nobarbus iam febriens puppim nauiculam ingressus ad cesarem transfu
gisset Antonius contra Cleopatre uoluntatem impedimenta omnia
cum seruis et clientibus et amicis ad eum dimisit. Sed domicius post pa
ucos dies quasi perfidie ac proditionis eum peniteret uita decessit.
Desciuerunt et reges non nulli ab Antonio ut amintas et deyotarus
Classis uero undique difficultatibus circumuenta multisque carere uisa rur
sus Antonium coegit ad pedestres copias respicere et illis spem uictorie
habere. Canidius et Antonii legatus mutata sententia censebat
Cleopatram in egyptum remittendam: ipsis autem in traciam aut ma
cedoniam cum exercitu concedendum ibique tota acie decernen
dum. Nam dycomes getarum rex magna auxilia promittebat
Antonio nec esse turpe si cesari qui nuper in siculo bello exercita
tus sit maritimis copiis cedant. Sed magis reprehendendum si An
tonius terrestrium pugnarum peritissimus non utatur robore suorum
militum: sed eos in naue distrahat ac dispergat. Vicit tamen Cleopatre uo
luntas ut mari pugnaretur iam inde ad fugam respicientis et ma
xime laborantis non qua ratione Antonius uinceret. sed qua ipsa rebus
perditis tutissime posset euadere. Erant longo spatio a castris ad

ſtationeſ nauiuz ceu quedam brachia protracta. per hec Antoniuſ
ire et redire ſiñ ulla ſuſpitione conſueuerat. Ceſar uō a ſeruo quodā
admonituſ miſit eo militeſ qui Antoniū tranſeuntem īterciperent.
illi inſidiiſ diſpoſitis ita paulo mīn rē confecerūt ut comitē unū
qui antonio preibat caperent. ipē aūt Antoniꝰ fugiens uix e manibꝫ
ſaberetur. Et uō certandū claſſe uiſum ē ceteraſ quidem naueſ
p̄ter ſexaginta egyptiorū cremauit: optimaſ aūt a triremē addere
remen electiſ impoſuit milia uiginti duo et ſagyptariorū duomi
lia. Hoc ī loco ferunt Tribunū quendā militū uirū fortē et diu ī
armiſ u̅ſatum Antonio forte pretereunti corpus ſuū multiſ inſi
gne cicatricibꝫ oſtendiſſe dixiſſetqꝫ o imꝑator quid his uulneribuſ
aut huic gladio parū ꝯfidenſ ī ligniſ fragilibꝫ ſpem hēs: ſine pheniceſ
et egyptii claſſe pugnent: nobiſ aūt romaniſ t̄ram da ī qua con
ſueuimus uel uincere hoſteſ uel oppetē. Ad hec Antoniꝰ nihil reſpō
denſ ſꝫ uultu ac manu ſignificans ut bono eſſet aīo preteriit. Ipē
aūt nō bonā ſpem haberet manifeſte aīaduerſum eſt. Nā cū gu
bernatoreſ nauiuz ad pugnā euntiſ uela relinquere uellent prohi
buit Antoniuſ ac ferre coegit dictitanſ nō oportē quemq̄ ex hoſti
buſ euadē poſſe. Sꝫ ea die et altā et t̄tia magnus fluctibꝫ agitatū
mare pugnam prohibuit. Q̄uīta tandem die ꝑliū eſt cōmiſſuz.
Antoniꝰ et publicola dexterū cornu Celiuſ ſiniſtrū hēant. me
dia gerebant m. Octauiuſ et m. inſteiuſ. Ceſare dextro cornu ſibi
ſeruato ſiniſtro agrippā prefecit. Terreſtribꝫ uō copiis ab Antonio
Canidius preerat. a Ceſare thaurus qui utrinqꝫ inſtructa acie
ī littore quieſcebant euentū naualis pugne expectanteſ. Antoniꝰ
ubiqꝫ ī cedenſ et remo ſuos uocanſ cohortabatur docebatqꝫ obfir
mitatem nauiū tanq̄ terra eoſ pugnaturoſ eſſe: gubnatoreſ mone
bat ut nauibꝫ ī eo loco conſiſterent: et impetū hoſtium expectarent
Ceſare uō cum an̄ lucem caſtris egreſſus eſſet naueſqꝫ uiſeret:
hominem qui aſinū agitabat ferunt illi obuiam factum. Rogati

aut cesari qd nõ ei nom̃ esset respondisse sibi quidē ē utyco nom̃ esse
asinũ aut nicona appellari. Quorbrem postea cũ hec loca ornaret
cesar statuit int̃ cetera hoiem et asinum eneu. Sz tũc cũ satis oia
spectasset naue ingressus et ad dexterũ cornu delatus admirabatur hostiũ classem ociose in locis. Erat eorũ aspectus qi in ancoris
consistentiũ et hoc diu arbitratus cesar suos continebat octo ferme sta-
dia astatione hostium. Iam sexta erat hora et uentus flare leuiter
īceperat cũ antonij milites grauiter moram tollerantes et magnitu
dini et firmitati nauigiorũ confisi sinistrũ cornu mouē ceperunt
qd cum cesar aīaduertisset uehement̃ letatus proraȝ contorquet ut
sinus ac fauces antonius deserat magisq̃ ī aptum procedat: quo
sibi facultas esset circundandi implicandiq̃ hostiũ naues. Inde cum
satis illas processisse uisum ē ꝑlium cõmittitur nõ tñ impetu rerup
tioneq̃ usi sunt. Nam et Antonianę naues uelocitatem nõ habebãt
ꝑꝑ grauitatem molemq̃ lignorum et cesar nõ solũ aduersus antonij
proras duras atq̃ ęreatas: sz ne latera quidem ferire audebat.
refringerbantur. n. rostra si inciderent ī quadratas trabes ęre ad
īuicem connexas. Erat igitur certamen pugnę terrestri ꝑsimiles
magisq̃ uō opidorum oppugnationi tres. n. et quatuor cesaris naues cir-
ca singulas antonij occupatę, tragulis contis iaculationũ ignis ute̵bã
tur. Antoniani contra e ligneis turribus cathapultas iaciebãt. Sz
cũ Agrippa leuũ cornu circũducerct coartus est publicola longius
se extendere. Quorbrem cum media Antonij classis abrupta esset
turbatis ordinibus et circa arcunciũ implicatis parũq̃ trepidatũ
ē. Erat certamen et pugna utrinq̃ cõmune et ęqua: cũ naues
sexaginta cleopatrę quę post magnas naues collocatę erãt uelis sb
latis ꝑ medios pugnantes fugã arripiunt: suosq̃ ꝑturbant. Cesariani mi
lites sũma admiratio tenebat. Spectabat. n. fugientes naues ī pelopo
nessum conuersas nec q̃ de cã id fieret aīaduertebant: q̃ qdē in loco pate
factum est ab Antonio se neq̃ ducis neq̃ uiri consilio fretũ neque

omnio mentis ſue compotem eſſe. Sz ut quidam iocat amatis aiam i corpore ali
eno uiuere. Tractus eſt .n. a muliere que i nea uiueret ſimulque moreretur.
neque .n. tulit illius fugam. ſz omnibus poſt habitis et iis qui p ipſo pugnabant p-
ditis ac deſtitutis inquinque remem proſiluit et Allexa et ſcello duntaxat
comitibus ſecutus eſt eam que et ſe ipam et illum perdiderat. Cleopa
tra uero ut nouit Antonium ſequi ſignum e puppi ſubſtulit adque ille delatus
cum in eadem naui receptus eſſet neque aſpicere uoluit Cleopatram neque ab ipa
conſpici: ſz ſolus ac tacitus i prora conſedit utraque manu circa caput
inuoluta. Interea ceſaris liburne ſunt conſperte que Antonium ſequeban
tur. Verti igitur Antonius proram iuſſit et ceteros quidem uenientes
repercuſſerat. Euriclem uero lacedemonium reprimere non poterat ſz acri-
ter irruebat: telum e prora quatiens maxime Antonium ferire inten
tus. Antonio autem interrogante quiſnam eſſet is qui fortunas ſuas tam
cupide inſectaretur. Ego ſum inquit Euricles Lacarii filius qui ceſa
ris fortuna paternas iniurias ulciſcor. Lacares .n. ab Antonio dam
natus et ſecuri percuſſus obierat. non tamen incidit i Antonii nauem
Euricles: ſz i aliam: due .n. erant pretorie, quam roſtro atque ere per
cuſſam cepit. capta eſt et alia nauis ab Euricle i qua ditiſſima e
rat ſuppellex. Ut uero abiiſſe explicuit Antonius rurſus i prora
eodem modo conſedit Antonius et triduum commoratus eſt ſeorſum
a Cleopatra incertum ſiue ira ſiue pudore id ageret. tandem cum
ad Athenarum appuliſſet mulieres Antonii et Cleopatre familiares
primo inter eos colloquia reduxerunt: deinde una cenare et eodem lecto
cubare perſuaſerunt. Iam quidam ex amicis a prelio fugientes eo
conuenerant a quibus certior factus eſt Antonius claſſem eſſe amiſ
ſam. terreſtres autem copias etiam tunc extare. literis igitur ad Canidium miſſis
iubet eum per Macedoniam ceſſerit cum exercitu i Aſiam reuerti. Ipſe autem a
Tenaro i Libiam traiecturus nauem unam multis pecuniis multa aurea at
que argenti ſupellectilia honuſtam amicis tradidit ut illi inter ſe diuide

rent ubi tq

rent iubetqꝫ ut quisqꝫ post salutē querēt. Negantes uō atqꝫ īgemiscē
tes phumaniter et benigne consolatus dimittit scribens ad Theophi
lum qui corintho p̄erat ut daret opam quo illi intuto sint occultet
qꝫ eos quoad ueniam impetrent a cesare. Hic erat Theophilus hippā
rchi pater qui plurimū apud Antoniū potuerat pͦ ad cesarem ex libē
tis traductus et corinthi colonus factus. Hec quidem post fugam
apud antoniū facta. Apud Acciū uō eū Antoniana classis diu cesari re
stitisset demū aduso fluctu impedita cū esset egre decima hora su
perata. Mortui quidē nō supra quinqꝫ milia fuere. capte aūt
naues trecentē ut ipē cesar scribit. Cognoūe aūt nō multi antonij
fugam: n̄ his qui cognouerāt psuaderi potāt ut is qui decē et octo legi
ones integras et uiginti duo milia equitū haberet ī litorē deposita spe
mutationem fortune expertus esset. Desiderabat igr̄ eū milites et
uenturū sperabant tanta fortitudine ac ūtute fceti ut post fugam
manifestissime cognitā multos dies se ↄtinerent et cesaris cō
ditiones legatos qꝫ aspernarentur. Inde cū Canidius eorū dux
noctu e castris fugisset suosqꝫ prodidisset tūc demū spe destituti uicto
ri se dedidēr. post hec cesar ab Accio profectus athenas uenit et gre
cis recōciliatus frumentū qd̄ superat publice diuisit ciuitatibꝫ eo bello
sup modū afflictis et seruis iumentis pecuniaqꝫ spoliatis. Hic carcaus pro
auus noster solebat narrarē ea tempestate uniūsos ciues coartos
fuisse frumentū humeris ad littus deferre uerberibꝫ ut accelera
rent agitatos ac semel qdē ita tulisse memorabat. Sꝫ cū reūsi secū
dū onus tollerare uellent nunciatum fuisse Antoniū uictū et obeā
rem secuta ^fuisse ciuitatem dicebat. Subito .n. Antonij pfectos milites
qꝫ profugisse. ciues aūt frumentū diuisisse. Antoniꝰ aūt ut ī libia per
uenit cleopatra in egyptum ex paretonio remissa ipē cū duobꝫ co
mitibꝫ remāsit greco aristhocrate rectore latino lucilio deqͦ alias
scripsimꝰ q cū .m. antonio esset familiaris ī philippis post antonij cesa
risqꝫ uictoriam militibꝫ ad brutū querendū capiendumqꝫ missis

sponte se obtulit et brutum se esse affirmauit ut dum circa ipsum uel necandum uel ducendum occupati essent Brutum haberet facultatem spatiumque euadendi is Lucilius tunc ab Antonio seruatus summa constantia et fide in Antonii amicitia usque ad extremum permansit. Ut autem et hae quae in lybia erant copiae ab Antonio desciuerunt. uoluit ille quidem sibi mortem consciscere. Sed prohibuerunt hi qui secum erant

Delatus igitur in Alexandriam ex lybia offendit Cleopatram opus magnum et inopinatum aggressam inter rubrum et egyptium mare qua maxime utrumque premitur arctiorque est tellus trecentorum ferme stadiorum latitudo est uideturque asiae lybiaeque continuus per hunc locum Cleopatra transferre classem instituit in arabicum sinum et cum auro et argento et magna suorum manu ignotas sedes commigrare fugiens bellum ac seruitutem. Sed cum primas naues per terram delatas arabes qui circa petram incolunt igne corrupissent. Et Antonius etiam tum in legionibus quas in actio reliquerat spem haberet et incolumes esse putaret destitit Cleopatra ab incepto et portus ac litora custodire. Contendit Antonius domo quadam in mari apud pharum exstructa quoniam ciuitatem et amicos effugeret quasi humani generis exul in ea habitabat ut ipse aiebat Cimonem imitatus et similia in uita perpessus. Fuit autem Cimon atheniensis temporibus maxime peloponessiaci belli ut ex haristophanis et platonis poematibus intelligi potest. Describitur enim in illis ut odiosus et inhumanus fugiens hominum congressus colloquiaque omnia praeter unius Alcibiadis qui ea tempestate adolescens erat et lingua maxime promptus. Hunc Cimon cum libentissime amplecteretur oscularetur que iterum rogatus ab apemanto quid ita faceret respondit se adolescentem amare quod intelligeret illum multorum malorum causam atheniensibus futurum Apemantum etiam nonnumquam acceptabat ut sui similem et eosdem spernentem mores dicitur cum aliquando una cenarent dixissetque apemanthus pulcherrimum o Cynon hoc nostrum conuiuium est respondisse se illum ita si tu tamen non adesses. Ferunt etiam illum athenis in conc

tionem uenisse factoque silentio expectationeque magna utpote ad rem
insolitam dixisse. Est mihi o ciues athenienses post domum paulumper
orti et in eo ficus quedam coaluit a qua multi iam ciues suspendio uitam
finiuere in eadem nunc loco edificium facturus sum. Quocirca constitui
publice referre ut si qui sunt ex uobis qui se uelint suspendere antequam id
agat quam arbor subcidatur. Illo autem mortuo cum in littore esset sepul
tus subcrescens mare et litus circa sepulchrum ambiens aditum re
mouit. Erant in sepulchro hec carmina scripta. Hic sum post uitam
miseram inopemque sepultus: Nomen non queras dii te lector male per
dant. Et hec quidem ipse Cymon antequam uita decederet sibi fecisse aiunt
Nam uulgatum illum epigramma non Cymonis callimachi est opus.
Cymon ego iaceo hic: retineto odisse quod ossa congessus hominum quis ma
ledic modo transi. De Cymone quidem hec pauca ex multis libuit inserere
Antonius ut terrestres copias actiuit captas et herodem iudeum cum qui
busdam cohortibus ad cesarem defecisse et alios item reges desciuisse ni
hilque preter egyptum superesse haud sane his rebus commotus sed libenter
has spe abiecta ut simul obiciat et moram et domo illa maritima
quam Cymoniam uocabat in regiam regressus ad cenas ebrietates et
iocos totam ciuitatem conuertit. transcripsit. n. in ephebos Cleopatre
et cesaris filium suus autem et fulue filius togam assumpsit uirilem.
In quibus rebus uniuersa ciuitas per multos dies conuiuiis ludis festisque referta
fuit. Ipse uero et Cleopatra uitam illam priorem quam inimitabilem
uocabant deserere ceperunt aliam autem inuenerunt sumptu luxuria lau
titia nihilo priori illa inferiorem quam commorientes uocabant. Amici
n. in commorientium cetum ascribebant et ita in uoluptatibus et cir
cuitu semper erant. Ad hec Cleopatra uim ingentem uenenorum sin
gulorum potentiam naturamque perquirere. In his qui ad mortem dampnati e
rant periculum facere. Sed cum animaduertisset uenena que confestim neca
bant celeritatem mortis per dolores inferre. ea uero que mitiora
erant celeritatem non habere ad animalia conuersa: idque per multos dies experta

compercit ferme aspidis morsum sine ullo dolore uitam extinguere grauatoque ex somno capite et leui sudore per faciem diffuso sensibus paulatim deficientibus non secus excitationem grauiter ferentibus quam solet hijs quos placidus atque altus tenet sopor. simul et ad cesarem legationem miserunt petentes Cleopatra quidem egiptij regnum filiis suis concedi. Antonius uero ut liceret sibi priuato uiuere: coacti sunt autem per fidia amicorum in hanc legationem Eufronium mittere qui erat filiorum preceptor. Nam Alexis laodicenus qui Antonium maxime ab Octauia disiunxerat et Cleopatre coniunxerat cum missus fuisset ab Antonio ad herodem regem in fide retinendum et a defectione prohibendum prodito Antonio ausus est in conspectum cesaris una cum herode cui se maxime crediderat uenire. Sed nihil sibi profuit herodes nam subito comprehensus est et in patriam remissus iussu cesaris securi percussus est. Ita alexis uiuo adhuc antonio penas dedit perfidie sue. Sed cesar antonij petiti ne aperte reiecta Cleopatre omnia pollicetur si uel antonium necaret uel regno suo expellat. misit et ad cleopatram cesar una cum Eufronio legato tireum hominem libertum non stultum nec infacundum. Sed qui a iuuene imperatore missus facile posset flectere mulierem ferme opinione elatum maxime gloriosam. Sed tireus ubi ad Cleopatram peruenit longiore colloquio cum illa protracto et egregie honoratus non paruam suspitionem iniecit Antonio. Itaque hominem comprehendi iussit et captum ac uerberatum ad cesarem remisit: scribens petulantia et superbia tireum se iratum fuisse quod perfacile esset sibi tot malis circumuento. Tu uero inquit si grauiter id fers hiparchum libertum quem penes te habes sublimen cape ac loris cede ut in equo simus ambo. Cleopatra uero cum ab hac suspitione se purgasset ita deinceps antonium coluit ut numquam antea magis. Et cum proprium natalem frigide ut temporibus decebat celebrasset in antonij natali celebrando omnem moium festiuitatis magnificentieque expressit. multi quippe eo die ad epulum uocati cum pauperes eo uenissent regine munificentia diuites abiere. Cesar interea quam res urbane prudentiam suam desiderare uidebant

ab Agrippa qui Rome erat sepe per litteras revocatus tunc quidem ut Italiam
rediit. Facta est igitur dilatio belli quoad Cesar transacta hieme exercitu
per Libiam misso ipse per Syriam in Egyptum contenderet. Capta autem Pelusio
rumor fuit Seleucum qui oppido preerat non invita Cleopatra Cesari oppidum
tradidisse. Sed illa quo se purgaret uxorem et filios Seleuci tradidit
Antonio ut de his supplicium sumeret. Sepulchra erant ad Ysidis templum
preclarissime a regina edificata. In hunc modum locum Cleopatra aurum ar-
gentum smaragdum margaritam ebeneum cynamomum ebur:
omnia denique pretiosiora ex regia congessit. Ad hec magnam vim theda-
rum et stuppe addidit. Quod cum Cesar audisset veritus ne desperatione
rerum has tantas divitias incendio assumeret semper bona spe regine
prebita exercitum Alexandriam adduxit et in ipso hippodromo castra
posuit. Antonius urbe egressus et multa ante preclara rei militaris osten-
tans equites Cesaris in fugam vertit et usque ad castra persecutus est. Inde
iactabundus Alexandriam regressus non ante arma exuit quam Cle-
opatram ita ut erat armatus amplexus atque obsculatus est. Militem
autem qui eo die egregie pugnaverat apud se cenare iussit. Cleopatra
autem thoracem aureum et galeam dono militi dedit. Sed is miles tantis
muneribus acceptis noctu ad Cesarem fugit. Rursus igitur Cesarem
vocabat Antonius ad singularem pugnam: illo autem respondente mul-
to ad interitum vias Antonio patere nullam mortem sibi honestiorem
ratus quam pugnando oppetere decrevit simul mari terraque confligere. Ita-
que in cena ut ferunt suos admonuit cibum ac potum propensissime su-
merent. Nam incertum esse an postridie id facturi sint an ipso extincto
novis dominis servituri: ob que verba cum amicos lachrimantes vidis-
set inquit non esse ducturum eos ad pugnam ex qua ipse potius glorio-
sam mortem quereret quam salutem aut victoriam. Ea nocte cum
iam intempeste esset cunctis silentibus et ob timorem futuri eventus
magna cura anxii subito concentus quosdam omnis generis organorum
ferunt auditos et simul clamorem veluti cetuum quorundam can-
tum ac saltu satirico strepentium. Fuisse autem hec aiunt a media urbe

be adeam portam que ceſareis caſtris oppoſita et tandem per hanc portam
ingenti clamore eam turbam egredi uiſam. Autumant omnes qui hec
curant bacchū quē ille deū maxime imitabatur Antonium deſeru-
iſſe. Poſtridie uero cū Antonius cū ſuis militibus Alexandriā egreſſus:
in tumulo quodam conſediſſet conſpicatus hoſtiū claſſem atque ſuam
ad uſum tendē conſtitit in eo loco ut aliquod certamē inter illas ui-
deret. Sed ille ut proprius fuē mutuo ſalutantes et amice ſe reci
pientes una claſſe ex duabus facta ad urbem contendē. hec cōſpi-
catus et eodem loco ab equitibus ſuis deſtitutus in urbem rediit qua
cumque incedebat exclamans ſe a Cleopatra proditū illis ipſis quibus propter
illam ſit factus hoſtis. Cleopatra uero cum hec audiſſet timens anto
nii furorem in ſepulchra ſe recepit et cataractas dimiſit clau-
ſtraque firmauit et ſimul ad Antoniū mittit qui nuptiarent ipſa
ſibi mortem conſciſſe. Ille ut hec audiuit credidit que ad ſe ipm
rediens quid iam expectas inquit Antoni que ſola uiuendi cauſa ſu-
perat: eam tibi fortuna ademit. His ſimul dictis intrauit cubiculu
et toracem diſloricans o Cleopatra inquit nō doleo equidē quod tui
caream nā confeſtim una adero. Sed quod ego ille tantus imperator
fortitudine ſuperatus ſum a muliere. Erat ei ſeruus quidam nōie
heros quē iam pridem parauerat ad ſe ſi opus foret necandum. Is tūc
cū Antonius promiſſa peteret gladium quidem arrepit tenuitque
quaſi Antoniū percuſſurus: ſed celeriter conuerſo ictu per propria uiſcera
gladiū tranſegit atque ita ad pedes domini prolapſus eſt. Quod cum
Antonius cerneret euge inquit o heros qui me doces quid agendū
ſit cū ipſe nō potueris hec dicens ſibi uentrem percuſſit et in lectū
ſe dimiſit nō tamen eo uulnere confeſtim exanimatus eſt: ſed cū aliqū
tiſper iacuiſſet ui ſanguinis repreſſa ad ſe reuerſus petebat
ab his qui aderant ut ipm interficerent. Quod cū omnes ſibi de-
negarent atque e cubiculo aufugerent inſanire ac uociferare

mixo furore non deſtitit quoad diomedes uenit a cleopatra miſſus q̄ ipm̄
ad reginam ĩ monumenta deferret. tunc .n. cum audiſſet eam uiuē
uehementer letatus iuſſit miniſtros ut ipm̄ tollerent et manib͡ȝ uſq̈
ad monumenta ē delatus. Non aperuit fores cleopatra ſ͡ȝ funib͡ȝ et
catenis a feneſtra quadā dimiſſis illū alligatum traxit a duabus
mulierib͡ȝ adiuta quas ĩ eo loco ſecū clauſas habebat. Aūt hi q̄
aderant nunq̄ illū mirabiliſ ſpectaculū fuiſſe Antoniū ſanguine
fedatus ĩ altū funib͡ȝ trahebatur ſemianimis manū ad reginam
tendens atq̈ adnitens. Neq̈ erat facile mulierib͡ȝ attrahere
S͡ȝ ipā cleopatra funib͡ȝ adnixa ĩ faciem prona adnitebatur. hij conabatur
qui ĩfra erant ortatu dūtaxat adiuuabant: ſ͡ȝ poſtq̄ mulieres
illū ad ſe receperunt ĩ lectumq̈ poſuerunt. tunc regina ſciſſis
ſuper eo peplis et uultū unguib͡ȝ ſecans et pectora plangens
clamabat dominū uirū imperatorem ſuū adeoq̈ ĩ plorando Anto
nio erat intenta ut propriorū malorū pene eſſet oblita. An
tonius uō ut Cleopatram a lamentatiōn ceſſare fecit petiit
uinum ſibi potui dari ſeu ſitiens ſeu q. potato uino celerius
ſperabat diſſolui. Cum aūt bibiſſet admonuit reginā ſibi ac
rebus ſuis conſulerent ſi tamen ſine dedecorē id facere poſſit et ma
xime omniū qui cum ceſare erant proculeio ſe crederet ipm̄
aūt nō lugeret pp has ultimas calamitates: ſ͡ȝ beatum duceret
pp priores felicitates. Nam et clariſſimus oīum fuiſſe et potentiſſimum mors antonij
et tunc nō ingenerose romanū a romanis ſuperatum. poſt hec dicta cū
iā ferme expiraſſet proculeius a ceſare miſſus ad cleopatrā uenit. Nā
cū Antonius poſt uulnū ſibi illatum ad monumenta portaretur dirce-
theus ex antonij libertis accepto gladio quo cū ſe antonius percuſſerat
clam ad caſtra cucurrit oſtenditq̈ illū ceſari ſanguine adhuc ma
dentem et nūtius fuit Antonij mortis. Ceſar uero ut hec audiuit
in partē intimam tentorij ſecedens fleuit interitum uiri et affinis

et collegę et multarū rerum bellorumq; socij deinde amicis conuocatis epistolas eius legit utpote iustas et prudenter scriptas. post hec proculeium misit ut iubens daret operam qua maxime possit ut cleopatra uiuens ī potestatem ueniat. Sollicitus .n. erat propę pecunijs congestis et simul et ad gloriā suam putabat ptinere si illa ī triumpho duceretur. Sȝ illa ī manus proculei uenire noluit: ī uerba āt cum illo uenit ad fores sepulchri optime illas quidem firmatas: sȝ tamē uoci puias cleopatra intus petebat filiis suis regnuȝ. proculeius foris eam sperare suadebat et se ac sua oīa cesaris arbitrio permitte. Ut aūt infecta re ad cesarem rediit et situm loci quē diligētissime cōtemplatus fuāt retulit Gallus mittitur qui cū cleopatra loqueretur. Is cum reginā ut sup̄ demonstrauimꝰ ꝯuenisset ꝯsulto protrahit sermonem. proculeius interea scalis oppositis per ā fenestram ingreditur per quā antonī fuāt ante receptus et propere cū duobus ministris ad eū locum descendit ubi cleopatra cū gallo loquebatur. Altā aūt mulierum quę cū regina erāt exclamante infelix cleopatra uiua caperis subito ꝯuūsa et proculeiū conspicata contendit: illa quidē gladio quem accinta erat se ipām necare. Sȝ proculeius appropians et manibꝫ ambabꝫ eā ꝯtinens iniuriam facis inquit o cleopatra et tibi ipsī et cesari cui occasionē aufers humanitatis et pbitatis suę ostendende et calūniaris mitissimū pn cipem ut infidū et ī placabilem. His simul dictis gladium adimit ueste insuper excussa ne quid sub ea occultaretur ueneni. Venit etiā a cesare Epafroditus libertus cui mandata erat mulieris custodia et maxime ut prouideret ne illa sibi mortem īferre posset. Ceterarū ꝗ rerū omnium facultatem pmitteret. Ipē aūt cesar urbem intrauit cū Ario philosopho sermone instituto et dextera illi data ut inꝯ ciues suos spectabilis foret et admirarentꝰ oīs egregie a cesare honoratum. Ingressus deinde gymnasiuȝ cū ī suggestum ascendisset omībꝫ ꝑ metu exanimatis et ī t̄ram procidentibꝫ cū eos stare

iussisset inquit se omni crimine populum absolvere. Secundum id facere primo propter conditorem Alexandrum: secundo propter miram pulchritudinem magnitudinemque eius urbis: tertium propter Arium amicum suum. Tanto itaque honore cesare dignatus est Arium ut pro multorum salute apud Cesarem valuit intercessisset quorum unus Sostratus homo omnium etatis sue ad dicendum ex tempore promptissimum sed tamen achademie non decenter se inserens. Quo ob rem cesar ei more improbato retrocederet preces ille vero mutata veste et cana barba promissa Arium quacumque incedebat sequebatur semper hunc versum huius in ore. Docti doctos servabunt. Quod cum cesar audisset concessit magis ut Arium invidia liberaret quam ut sostratum metu ex antonii liberis Anthillus dumtaxat a cesare necatus est qui erat maior natu ex fulvia. Tradidit autem illum cesari theodorus pedagogus idem theodorus cum cervix adolescenti iussu cesaris abscinderetur lapidem pretiosum quem circa collum gestabat clam subtractum zone inseruit qua de re accusatus et convictus ad crucem damnatus est. Ex cleopatre vero liberis ceteri quidem cum alumnis suis in custodia habiti et quidem liberaliter. Cesarionem autem prioris cesaris filium cum magna vi auri et argenti a matre in indiam per ethiopiam missum et a rodone pedagogo per fraudem quod cesar eum in societatem imperii vocaret reductum Cesar post mortem matris interfecit. De quo cum sententia amicorum sciscitaretur dixisse Arium ferunt non probandam multitudinem cesarum. Corpus autem Antonii cum id multi reges ac privati peterent ut ad sepulturam sibi traderetur auferre id a Cleopatra noluit Cesar. Sepultum est igitur cleopatre manibus magnifico ac regio funere omnibus in ea re cleopatre parere iussis. Ex merore autem ac dolore (exarserant enim pectora nimio planctu) febris eam cohorta occupavit. Qua de re letata est cleopatra occasionem sibi oblatam putans se ipsam per inediam necandi quod morbo impediretur cibum adsumere. Erat illi medicus consuetus ac familiaris olympus cui illa veritatem fassa utebatur socio et adiutore ad necem ut idem ipse olympus ait in hystoria quam de his rebus scripsit. Quod cum cesar animadvertisset minas sibi quasdam de rebus filiorum iecit quibus

Cleopatra tandem machinis quibusdam expugnata corpus medele tradidit ci-
busque assumpsit. Venit autem et ipse cesar post paucos dies ad eam visendi gra-
tia et alloquendi. Illa vero ut venientem vidit electo in quo humiliter
iacebat prosiliens prima tantum veste admicta ad pedes eius devoluta
est voce tremula et gracili et lacero pectore quod magna ex parte osten
debat. Nec ulla in re se melius habere corpus quam anima videbatur. Illa tamen vulti
gratia et dignitas forme non erat penitus extincta sed lugebat intus cer
nebaturque in oculorum ac corporis motibus. Iussa autem a cesare in lectum re
dire iussit ipso assistente cepit illa quidem se purgare in necessitatem
et metum antonii errata transferens. Sed cum cesar unumquodque redar
gueret subito ad preces commiserationesque conversa est quasi maxime viven
di cupida. Tandem cum auri argentique rationem Cesari dedisset Seleu-
cho quodam ex procuratoribus ostendente quedam ab ipsa fuisse sub
tracta prosilivit Cleopatra et crine procuratoris apprehenso faciem
eius frequenti ictu percussit. Cesare autem ridente et eam inhibente.
At non ne pergrave est inquit cesar si tu quidem non indignum putasti
huc accedere et me in hoc tempore alloqui: servi autem mei me accu
sant siquid muliebrium ornamentorum servaverim non mihi
quidem misere sed ut Octavie et livie munuscula dem quo te
perillas haberem placatiorem. His verbis cesar vehementer letatus sum est
ratus illam ad vitam respicere et consilium mortis omnino abiecisse. Responso
itaque regine dato se et hec illa concedere et ceteris omnibus longe me
lius quam speret futurum esse. Discessit decepisse quidem illam putans ipse
vero longe ab ea deceptus. Erat inter Cesaris amicos Dolobella claris-
simus adolescens et a Cleopatre studio non abhorrens. hic regine po-
stulanti clam renuptiavit cesarem quidem per Syriam abiturum
ipsam autem cum filiis per mare missurum tertia ut ipse opinabatur die. Illa
cum hec audiret a cesare petiit ut sibi Antonio parentare liceret quod
cum impetrasset ad sepulchrum venit cum famularibus feminis et ibi in
terram procumbens o amice inquit Antonii sepellii te nuper libe
ris manibus: libo autem nunc captiva et custodita ne plantu aut

Lamentationī afficiam hoc ſeruum corpus ad triumphū de te agen
dum ſeruatum alia ne expertiſ libamina aut honoreſ. nam hi
tibi a Cleopatra ultimi ſunt. Nos n. uiuenteſ nulla unq̄ uiſ ſepera
uit nō piculum ē ne mortui loca pmutemuſ et tu romanuſ ī egip
to iaceas ego egyptia ī italiā. Verū ſi qua illic deorum uirtuſ aut potentia
eſt qñ nos hic ānostreſ pdetiti ſumuſ ne patiariſ me uiuam duci neue te
ipm ī me triumphari ſ; recipe me hic una tecum ī hoc tumulo. Nā ex in
finitiſ maliſ quib; miſera premor nullū ita magnum aut graue mihi
eſt ut hoc breue tempus ſine te uixiſſe. Hec cum illa queſta eēt coronato
tumulo et diu amplexato iuſſit ſibi balneum parari: et poſt lauacrū aſſur
genſ magnifice prandit. Hic quidam ab agro ueniens ciſtam quandam
attulit qui cuſtodib; pcontantib; aperienſ et folia remouens plenā ficu
um oſtendit et cū illi pulchritudinem fructuū admirarentur obtulit
eiſ ridens rogauitq; accipē illi uō nihil ſuſpicantes iuſſerunt intro ferre.
Poſt prandium aſſūptum Cleopatra tabellas obſignatas ad ceſarem dedit et
ceteriſ omib; a ſe preter duas mulieres dimiſſis ianuā clauſit. Ceſar ut
tabellas diſſoluit et preceſ ac ploratuſ legit ut una cū Antonio ſeppellire
tur: ſubito quid actum eſſet ſuſpicatus ē. primo itaq; ipe accurrēe per
rexerat poſtea meliuſ eē uiſum ē ut aliquoſ mitteret qui propere
inſpicerent. S; celerit tranſacta reſ erat curſu n. illuc tendentes
inuenerunt cuſtodeſ ne ſuſpicanteſ qdem aliquid mox ualuis patefac
tiſ cernūt Cleopatram mortuam aureo in lecto iacentem regio mo
re ornatam. Ex mulieribuſ uō que aderant heraſ quide ad pedeſ re
gine expirauerant. Carmonium aūt ſemiuiuam capiti regine dia
dema aptabat. Clamante aūt ex cuſtodibuſ An hec ſunt pulchra:
Carmonium pulcherrima inquit ac decentia tot regū prolem nec quicq̄
ulteriuſ loquta cecidit. Sunt qui ferant haſpidem in ficubuſ allatam
int folia que ſupra erant occultam fuiſſe data opa a Cleopatra ut ipam
inſcientem inuaderet inde cū ficus accipet conſpicatā aſpidem dixiſ
ſe. An hic erat iſtud et brachiū aſpidi nudatum porrexiſſe. Alij ſeruatā
aſpidem ferunt ī uaſe quodam incluſam et pfiſtulam auream a Cleopa

Mors cleopatre

tra prouocatam atq; irritataz brachiuz momordit. Sunt item qui aliter
opinentur. Ceterum ueritatem nullus nouit. Nam et uenenũ ipãz ha
buiſſe comptum eſt in lammula quadam concaua quã ſub crine oc
cultabat. Sz tam̃ neq; corpus deformatuz nec aliud ullum apparuit
ueneni ſignuz: ñ aſpis et abullo compta ẽ. Sz tractus dũtaxat quidam
ĩ littore qua domus ad mare expectabat uiſi et brachium Cleopatrę
aiunt duas notas leuit imp̃ſſas et humidas quibꝫ cęſare uidet fidẽ
dediſſe nam in triumpho cleopatre ymaginẽ tulit cum aſpide mõ
dica affixam. Hec quidem dure geſta. Ceſar ãt q̃q; morte illiꝰ
infenſus erat admiratus tñ mulieris generoſitatem magnifice
ac regie una cũ antonio ſeppelliri iuſſit. mulieres et quę cum
illa mortuę erant honorẽ funeris potitę ſunt. Mortua ẽ cleopa
tra ętatis ſuę ãno trigeſimo nono: regnauit ãnos uiginti duos
cũ Antonio amplius quatuordecim. Vixit Antoniũ alij ãnos quin
quaginta ſex. Alij dumtaxat tres ſupra quinquaginta ferunt
uixiſſe. Antonij quidẽ ſtatuę om̃s iuſſu cęſaris deiectę. Cleopatrę
aũt ſtatuę ſuo loco relictę Archiuio quodam cleopatrę amico rẽdi-
mente mille talentis a cęſare rẽdimente ut ſtare ſinerent. Hec
idẽ qd Antonij ſtatuę paterentur. Ex liberis aũt antonij ſeptem
quos ille ex tribꝫ uxoribꝫ ſuſceperat Athillus qui erat maximus na
tu a cęſare ut diximꝰ necatus eſt. Ceti ãt om̃s apud octauiã edu
cati quę cleopatrã et cleopatrę antonij filiam Iube humaniſſi
mo et pulcherimo regi uxorem dedit Antonium ãt ex fuluia ge
nitum ita magnũ apud cęſarẽ fecit ut poſt Agrippam et liuię
filios primas partes obtineret. Ex mãcello ãt cum duas filias et mã
cellũ filiũ h̃ret huĩ quidẽ gñum ſimul et filiũ ſibi fecit auguſtus.
Alterã uõ filiam Agrippę tradidit. mortuo deĩn mãcello filio cũ cę
ſar nõ facile cerneret quem ſibi ex amicis generũ eligeret ſua
ſit Octauiam ut Agrippam caperet. Qd cum cęſari placeret

Agide et Cleomene que dicenda fuerunt superius enarratis
nunc in romanorum parte non minores habitura causas
tiberii & C. graccorum hystoriam apponemus. pater
his fuit tiberius graccus cui quamquam duobus triumphis et insuper censure
gloria insigni multo plus tamen ex virtutibus eius quam ex magistratibus atque honori-
bus aderat dignitatis. Itaque corneliam africani eius qui hanibalem supe-
ravit filiam licet non amicus sed adversarius in re publica foret, uxorem habere
meruit: quam usque adeo dilexit ut duobus in lecto anguibus comprehensis cum
aruspices eius rei gratia acciti nec ambos quidem interfici nec dimitti eos
permitterent. Sed si masculus necaretur tiberio: si foemina cornelie mor-
tem portendi affirmarent: Ob amorem uxoris et simul quod maiori natu pre-
moriendum sibi arbitraretur masculo angue necato feminam emisisse. At
que ita ut aruspices predixerant non multo post ipsum ferunt interiisse du-
odecim ex Cornelia filiis relictis. Cornelia vero puerorum atque domus
cura post mortem suscepta, eum amorem erga filios eamque diligentiam
atque magnitudinem animi prestitit ut non male consuluisse tiberius videatur
pro tali uxore morte precepta. Nam et ptholomei regis nuptias respuit
cum ille regni et diadematis communicationem offerret et in viduitate
perseverans ceteris pueris amissis unam ex filiabus que africano mino-
ri postea nupsit et duos ex filiis de quibus hec scribimus. tiberium &
Caium superstites sic splendide educavit ut cum magnitudine indolis
ceteros omnes romanos sine controversia anteirent. Doctrina tamen quam natura plus
valuisse videantur. Cum vero ut in pollucis et castoris ymaginibus picturis
dissimilitudines quedam inter pugilem et cursorem in ipsa eorum similitudine
appareant. Sic istorum adolescentium dum ad liberalitatem intelligentiam
et magnanimitatem simillimi fuerunt magne et in administratione

rei p. et incertis rebus uel prosperis uel aduersis dissimilitudines apparu-
erunt nō alienū existimo eas pmittē. tiberius igr̄ uultu et aspec
tu et motu corporis mitis et placidus erat. Caius aūt uehemens
et ingentis spūs. Itaqꝫ tiberius locum pulpiti inquo ascendēs
cōstiterat honeste decoreqꝫ ī dicendo seruabat. Caius pm̄ roma
norum ꝓ pulpitū ambulasse et togam ab humeris dissoluisse dr̄
ut de cleone atheniensi scribunt pmū contionaturū resciudisse
se ī uolutū pallij et coxam percusisse. Sermo āt erat Caij quidem
terribilis et ad indignationes promptus. tiberij uō dulcis et ad
cōmiserationem aptior. Oratio ꝑterea ī tiberio dilucida et pla
ne elaborata. in caio efficax et redundans eodem mō in uictu
et mensa tiberius facilis et modicus. caius si ad alios compare
tur continens austerusqꝫ: si uō ad frēm sumptuosus et nimis obser
tūs est ei ab inimicis ꝙ delphines argenteos emisset pro singulis
libris mille ducentarum quinqꝫginta dragmarum. Mores itē
eodem modo ut orationē ostendimꝰ. tiberius mitis et placidus
caius acer et uehemens ut sepe indicendo transferri et ad iurē
gia et maledicta excitari orōnemqꝫ ꝓturbare consueuerit. Ita
qꝫ huī excessus remedium machinatus licinū quendā haudī
sulsum seruum post se ī pulpito collocabat qui quotiens exaspera
ri ac longius obiram protrahi uocem sentiret uocali organo q°
notas deducē solent mollem emittebat sonū quo ipē admonitus
et qñ ex certamine reuocatus uehementiam illā atqꝫ contētio
nem nimiam remittebat. Dissimilitudines quidem igr̄ ī hōs tales
erant audacia uō in hostes iustitia ī subditos diligentia ī magra
tibus abstinentia et integritate mīr insignes. Etate nouē an
nis caium tiberius anībat que res potentiā eorum diuersaz tem
poribus nec ī unū robur concurrentem facilius labefactari
permisit magnūqꝫ ad res gerendas sublato mutuo auxilio attu
lit detrimentum. Seorsum igitur de utroqꝫ dicendū est ac pmo
de tiberio qui prior fuit etate. Ille igr̄ statim a pueritia ita cla-

rius atque insignis fuit ut confestim in collegio augurum sit receptus ob uirtutem magis quam ob nobilitatem. Verum uero Appius Claudius uir consularis atque censorius princepsque senatus et magna pro id tempus auctoritate excellens. Nam cum augures una cenarent compellans Tiberium eique gratulatus filie nuptias obtulit quas cum adolescens leto animo suscepisset sponsione sic facta rediens domum Claudius ab ipsa ianua statim uxorem Antistiam appellans magna uoce Claudiam uiro se spopondisse nuptiauit. At uero Antistia stupens quid hoc festinationis est inquit. Non edepol Tiberium Gracchum illi sponsum tradideris: nec sane me fugit hec que modo dixi non nullos de Graccho patre et Affricano tradidisse. Sed plures ita tradunt ut nos scripsimus. Et Polibius post mortem Africani nupsisse Corneliam Graccho affirmat ex sententia suorum p̄lato ut apparet innuptam in desponsatamque relictam prima Tiberii militia sub minore Scipione in Africa fuit in qua cum ipsi duci contubernalis esset naturam ipsius celeriter cognita et admiratione uirtutum traductus confestim modestia ac fortitudine ceteram iuuentutem egregie superauit primusque murum hostium conscendit ut Fannius testatur qui se quoque cum Tiberio ascendisse atque eius muneris participem fuisse ait. Itaque et presens exercitus plurimum clarus fuit. Tiberius et abiens desiderium sui apud milites ingens reliquit post hanc militiam questor Rome creatus cum C. Mancino consule uiro haud quaquam improbo sed tamen ignauissimo omnium romanorum ducum cui forte euenerat contra Numantinos profectus in grauibus adversisque casibus non solum ingenium ac magnitudo animi ei emicuit uerum et quod mirabile est incredibilem erga imperatorem suum pre magnitudine calamitatum nec se quidem esse consulem meminisset uirtus. n. ingentibus preliis temptauit nocte aufugere. Id ubi hostes cognouerunt occupatis propere castris et fugientem exercitum persequti extremisque eorum cesis reliquis uero circum

uentis in loca inuia compulsis eo rem perduxere ut consul desperatis rebus
caduceatorem ad petendam pacem hostibus mitteret. At illi se credere
nemini preterquam tiberio asserentes ut ipse ad eos mitteretur postula
runt. Hoc uero cum ipsius tiberii fama que apud hostes quoque perua
serat: tum etiam gracci patris memoria faciebat qui aduersus hiberos
bellum gerens pacem cum numantinis firmauerat eamque semper apud
populum recte iusteque defenderat. Missus igitur ad hostes tiberius
partim recipiendo partim suadendo fedus firmauit ac per eum
matum uiginti milia romanorum ciuium absque auxiliariis et aliis qui extra
ordinem sequti erant seruauit. Cum inter cetera predam quam ho
stes captis direpperant castris tabule quoque tiberii rationes questure
continentes amisse fuissent recordatus earum tiberius ac plu
rimi faciens res secum deferre hostibus iam domum reuersis cum tribus
uel quatuor familiaribus numantiam profectus ac iuxta urbem
consistens principibus numantinorum ad se uocatis rogauit ut sibi
tabulas reddi iuberent ne inimicorum calumniis obnoxius fieret
si rationes administrationum reddere nequiret. At numantini occasio
nem sibi prestitam letati ab eo postularunt ut urbem introiret
deliberabundum adeuntes ac manu prensantes orabant ne se am
plius hostes sed amicos putaret fideretque. Visum est igitur sibi ut urbem
intraret tum tabularum recuperandarum: tum ne diffidentia hostes
irritarentur. Ingressus itaque urbem primum conuiuio liberaliter
acceptus deinde tabule restitute dataque insuper ei potestas ut quot
quot uellet arbitratu suo ex preda differret nihil preter thura
sacrificii gratia parata adsumpsit. Ubi uero romam rediit ac se
natus iudicio omnium uelut dedecus romani nominis improbaret cen
sentibus cunctis ut more maiorum in bello aduersus samnites olim
seruato consul cum questore ac tribunis militum nudi hostibus dede
rentur milites quorum plerique ex plebe romana erant ad tribu
num concurrentes et feda ipsa in consulem salutaria uero in ipsis

malis remedia in tiberium referentes tandem effecerunt ut tiberii gratia que apud populum ro. maxima erat ceteris quoque preter Carbonem cino pareretur. Videtur aut et scipio africanus potens per id tempus in re. p. tiberio ad salutem profuisse. Sed nihilominus adversus scipionem querele iactabantur quod non et C. mancinum consulem fuisset qui fedus numantinum per hominem sibi familiarem et affinem firmatum improbari passus esset. Huiusmodi aut querele quom ab amicis studiosis que tiberii emittebantur offensam quandam ac simultatem inter Scipionem et tiberium contraxerunt nihil tamen maioris momenti ea res habuit. Atque ego puto si fuisset domi africanus eo tempore contentionum illarum quas postea tiberius subiit ipsum non sic fuisse periturum. Sed quo tempore de lege agraria a tiberio certatum est eo tempore africanus apud numantiam bellum gerebat. motus est aut tiberius ad eam legem ferendam ista de causa. Romani quantum vicini agri hostibus adimebant partim venundari partim in publicum redigere ac egenis civibus pro modica pensione utendum tradere consueverant. Sed cum cepissent divites eas possessiones aggredi pauperesque excludere: lata est lex que supra quingenta agri iugera civem ro. habere prohibebat. At ea res paucos annos adversus locupletes auxilio fuit. Nam primo subditis ad conducendum personis fraus legi fiebat. Deinde aperte iam per se ipsos divites propriis nominibus occupare agros ceperunt. Ita erga exagitatis hominibus neque militie dare nomina neque filios tollere cura erat eoque prope cessura videbatur res ut brevi exausta liberorum multitudine servis ac barbaris per quos divites colebant agros tota italia compleretur. In hac igitur parte rei. p. primus. C. lelius Scipionis amicus succurrere instituit. Sed adversante locupletum factione veritus turbationem atque discordiam civitatis ab incepto destituit. At vero tiberius ut primum tribunus plebis creatus est eam actionem suscepit autoribus ut plerique scripserunt Diophane rectore mitileno tunc in italia exulante et blossio cumano

Lex agraria

antipatri tharcenſis phi diſcipulo adquem ſunt quedam abantipatro ſcrip
ta. nō nulli Corneliam matrem aſſerunt ſepius obiurgando ra
toſ q ipā Scipioniſ Cornelia nō graccorū vulgo appellaret adole
ſcentem impuliſſe adeam actionem ſuſcipiendam. Alij obemu
latione Spurij poſtumij equaliſ ſui quem ab exercitu rediens
auctum potentia et claritate noiſ offendit cupidine inceſſiſſe
tiberio credunt inſigni aliqua et memorabili actione ꝑcellē.
C. uō frater ī oratione quadam ſcribit tiberium numantiā
proficiſcentem dū per thuſciam iter faceret ſolitudine libero
rum et inductione proſperta ſeruorum tūc primū adlegē agra
riam ſibi quidem funeſtam aīum incendiſſe. plurimū uō
ipſum plebs romana impulit ꝑlitteras ī fornicibꝫ et parietibꝫ
et monumentis ſcriptas efflagitanſ ut agros publicos egeniſ
ademptoſ reſtitueret. Non tamen ꝑſe ipm legem ferre
aggreſſus ē. ſꝫ preſtantiſſimorū virorum conſilium adhibuit
inter quos Craſſus pontifex maximus et mutiuſ ſceuola iu
riſ conſultuſ qui ꝑid tempus conſul erat et appius claudius
ſocer fuerunt. Nec videtur lex ulla adiuſus tantam īiuriā
mitius et leniuſ perſcribi potuiſſe. Nā quos oportebat prohis
que ꝯ leges fecerant penas ſubire et quos iniuſte tenuerat
agros cum ꝑceptis fructibus reddē accepto ꝑtio dimittere
et egenis ciuibꝫ tradi iubebat. Sꝫ ea lex ut plebi grata ſic ai
mos locupletū offendit. Itaqꝫ obauaritiam legem obirā uō
atqꝫ inuidiam auctorē obtrectanteſ plebē deterrē ceperunt
quaſi ea lex euerſionem rei pu. libertatiſqꝫ perduceret. Sꝫ fruſtra
id coriatibꝫ. nā tiberij facundia que mala et cauſam ſubſti
nē potuiſſet tūc iuſtam honeſtāqꝫ materiam nacta ſuperior in
expugnabiliſqꝫ euadebat. pauperum .n. adſtante plebe cauſam
agens dicere ſolebat feras quidē beſtias luſtrum atqꝫ tertum
quo ſe recipiant initalia habere. illiſ uō qui pro italia

pugnet atq intereat preter aerem ignemq nihil in italia esse sine lare sine sede liberis coniugibusq euagari. Mentiri aut imperatores romanos cum milites ortantur ut pro aris atque focis aduersus hostes depugnent. carere n. his romanos cives non lares paternos non monumenta maiorum eos tenere sed pro aliena luxuria opulentiaq pugnare pro aliis uulnera ac mortes subire domi nos orbis terrarum uerbo quidem appellari: re aut uera ne glebam non habere. His et huiusmodi uerbis in contionibus grauiter et cum iusta indignatione caritatis et plebeio fauore exceptis nullus aduersariorum ualebat resistere. Quare obmissa contentione uerborum ad m. octauium adolescentem grauem atque honestum tiberiique familiarem locupletes confugerunt. Erat aut et ipse Octauius tribunus plebis qui licet ab initio ob amicitiam tiberii recusaret aduersus eam legem intercedere tamen postea multitudine cogentium uictus intercessit. Erant tribunorum plebis maxima in prohibendo potestas Uno n. prohibente nihil alii et si plures sint efficere possunt. Irritatus ergo ob intercessionem tiberius lege illa priori mite et humaniter scripta reiecta aliam plebi magis gratam legem promulgauit ut agri qui contra legem possessi erant dimitterentur nulla pretii mentione facta. Erant igitur quotidie inter tiberium Octauiumque in contentione certamina: In quibus licet studiosissimo quodam ardore contenderent nihil tamen contumeliosum unquam non uerbum quidem improbum ob alterutro decidisse ferunt Non solum n. in ludis ut uidetur uerum et in contentionibus atque iris probitas naturae educatioque modesta conspicitur. Conatus est tiberius si posset m. Octauium intercessorem quoniam et ipse multum publici agri possidebat ab incepto remouere restitutione agrorum suorum ex propriis facultatibus licet non admodum splendidis oblata: per quam oblationem cum nihilo magis Octaui

deſiſteret· tiberius edito propoſito omſ urbanoſ magiſtratus agẽ quicq̃ in-
hibuit priuſq̃ de lege agraria ad populũ deferretur. Erario aũt ſigilla
impreſſit ac ꝑ queſtores quicq̃ depromi aut importari uetuit pena e-
dita ſiquis contra feciſſet. Quo cõterriti magiſtratus ſinguli pro-
pria officia dimiſerunt. Ob hoc edictum locupletes cuncti ueſtes mu-
tauere et meſti ac ſordidati circuibant forum nec ſecus paratis
clam ꝑcuſſoribus necem tiberio machinabantur. ille uõ palam
gladium quem dolonem uocant accintus ambulabat. Sʒ cum adeſſet
comitij dies populo gracchum ad rem perficiendam uocante locuple-
tes locis omnibus occupatis magnam prebuerũt perturbationem. Sʒ
nihilominus tiberii multitudine fretus cum dimouẽ eos poſſet etiã
id facẽ aggrederetur Mallius et fuluius uiri conſulares tiberium
adeuntes et ſimul tantorũ uirorum reuerentia ꝓmotus quid ſe facẽ
uelint percontatur. At illi non eſſe tantę rei conſilio affirmantes
idoneos ut ſenatus arbitrio ꝓmitteret ſuaſerunt. Verũ ubi frequens
ſenatus ob potentiam locupletum nihil perficẽ ualuit conuerſus
ad rẽ non legitimã atque humanã Octauiũ admouẽ tribunatu
ĩſtituit ac primo quidem multis uerbis ſuppliciter eum rogauit ut ab
incepto deſiſteret populoqʒ ro. concederet iuſta poſtulanti et pãua
pro magnis laboribus periculiſqʒ habituro. Deinde ut ille hoc ne-
gauit non poſſe amboſ in eodem magiſtratu preditos equali poteſtate de
maximis rebus contendentes ſine bello euadere. Cetũm una ſe
medicinã intueri inquit ut alteruter eorũ magiſtratu abdicare-
tur. Itaqʒ de ſe primo Octauius referret ſtaturũ ꝑplo. ro. iudiciũ ſtati-
qʒ ſi iuberet tribunatu abiturũ. Hoc q̊qʒ repudiante Octauio ſe
de illo relaturũ eſſe dixit niſi ſententiam mutaret. his ſimul
dictis contionem dimiſit. poſtera uõ die reuocata contione rũ-
ſus Octauium uerbis remouere conatus eſt quibꝫ fruſtra cõſup-
tis ad populũ tulit de Octauij abrogatiõ ſtatimqʒ tribꝫ ĩ ſuffragiũ

ire iussit. Erant tribus quinque et triginta quarum cum decem et septem
iam Octavium abrogassent unaque restaret ad rem perficiendam parumper siste
re iubens iterato ad Octavium conversus est rogans atque obtestans ut ab intercessio
ne desistere vellet neve sibi hanc notam inferri pateretur simul
que spectante populo Romano ipsum reverenter complexus deprecabatur.
His precibus Octavium non nihil motum fuerunt nam et imples
se oculos lachrimis et aliquanto cum silentio stetisse tradunt. Sed ubi
ad locupletes prospexit aderant enim in concione quasi verecundia ab
ductus generose respondit ut quod vellet Tiberius exequeretur. Eo
igitur abdicato populi iussu missus a Tiberio apparitor de tribunali illum
detrahere voluit. Concursum est a locupletibus ac plebe factus rixaque
sic exorta Octavius per tumultum evasit. liberato autem nam libertis
apparitoribus Gracchus utebatur lumina effossa. In hoc lex agra
te enim Marsico bello delectum militum et armorum preparationem
sibi commissam tanta celeritate diligentiaque peregit ut viri
impigri et in rebus agendis maxime efficacis ex ea questura
gloriam reportaverit. Nec tamen ad honores licet dignitatesque pro
vectus militarem audaciam dimisit sed in preliis sine ulla ex
ceptione corpus suum periculis obiectans et fortitudinis ope
ra manu propria edens tandem alterum amisit oculum. De quo
et gloriari solebat quod alii non semper virtutis sue testimonia secum
deferrent: sed torques et hasta et coronas domi relinque
rent sibi vero bellice laudis insignia continuo adessent eos
demque haberet fortune et virtutis sue inspectores. Tribuit
et populus Ro. sibi pro his rebus magnifice honorem et veni
entem siquidem in theatrum populari plausu et multis comme
dationibus eum excepit quod genus honoris nec senioribus
quidem et clarioribus pro sapientia hoctis facile tribue
batur. Cum tamen tribunatum peteret non obtinuit Silla
per factionem illum oppugnante: eaque videtur fuisse causa
cur Sertorius Sillam oderit. Marcio deinde Italia pulso
Sillaque ad Mitridaticum bellum profecto cum Octavius consul
in partibus Sillanis perseveraret. Cinna vero eius collega res nova
re adortus partes Marii sibi asciceret. Sertorius Cinne ad
hesit ea potissimum ratione quod Octavium ebetiorem et Marii

amicaſ minime fidentem cernebat. Commiſſa itaque in ipſo foro in con-
ſules pugna Cinna et Sertorius ſuperantur pelluntur(que) ex urbe
haud paucioribus quam decem milibus in pugna ipſa amiſſis. poſt hec mi-
litibus qui circa italiam erant collectis cum ſufficiens robur
contra Octauium ſibi comparaſſent. Marius ex africa naui-
gauit quem ut priuatum ſe conſuli offerentem cum alii recipi-
endum cenſerent Sertorius diſſuaſit ſeu ueritus ne auctori-
tas ſua parte uiro maioris auctoritatis minueretur ſiue ne
marius ob ſeuitiam et iram modum in uictoria ſeruare neſcius
cuncta euerteret. Diſſerebat ergo Sertorius parum iam nego-
cii ad plenam eis uictoriam ſupereſſe quod ſi marium reciperet
totam apud illum conferti belli gloriam futuram grauemque et in-
fidum fore poteſtatis ſocium. Cui rationibus cum Cinna ſeſe aſ-
ſentiri diceret: ceterum neſciret qua fronte marium repudi-
are poſſet preſertim in ſocietate belli a ſe uocatum. Reſpondens
Sertorius ſuo adte conſilio ueniſſe marium putabam non a te uoca-
tum. Itaque cum de eo recipiendo et non recipiendo conſultareſ
que optima factu rebar oſtendi. tu uero ſi eum uocaraſ ne in
conſultatione quidem an recipiendus foret ponere debuiſti: ſed
ultro recipere cum fides tua illi reddita cogitandi ac delibera-
di rationem excludat. Sic igitur mario ab eo recepto diuiſis
trifariam copiis bellum confecerunt. et cum in uictoria marii et Ci-
nna omnia crudelitatis exempla precederent Sertorium ipſum non
trucidaſſe quemquam ob iram neque contumeliam alicui intuliſ-
ſe dicitur ſed ea continue reprobaſſe que marius fede crude-
literque faciebat et apud Cinnam interceſſiſſe ut moderatius
uictoria uteretur. tandem uero ſeruos quos C. marius in bello
quidem ſocios poſt uictoriam uero miniſtros ac ſatellites tyra-
nnidis ſue habuerat cum partim illius iuſſu partim ex ſe

ipiſ cuncta fęde et uiolenter agerent dominoſ mactarent domina
buſ ꝑrum admiſcerentur pueroſ etiā conſtuprarent indigne ferens
Sectoriuſ nec ulteriuſ id tolerandū ratus ꝯ eos impetum fecit
omiſqꝫ aduniū ſup̄ quatuor milia ſeruorū erant et caſtra in
campo habebant trucidauit. Deinde cum. C. mariuſ diem obiſſet
et mariuſ adoleſcens ī uito eo ꝯ leges conſulatum occupaſſet
Carboneſ ūo et Norbani et ſcipiones aduſus Sillā redeuntem ma
le reſiſterent ac partim ignauia ducū ꝑtim perditorum mali
gnitate reſ corrumperentur ñ Sectorius ipē q̄q̄ pñſ ꝑꝑ im
probitatem eorum qui plus poterant emendare res poſſet
ac tandem Scipio ſub ſpe pacis a Silla deceptus exercitū amiſiſ
ſet deſperatione rerū urbanarum adductus ī hiberiā cōten
denſ eo conſilio ut peritum ibi ſuarū refugiū compararet.
Greciam aūt atqꝫ aduerſa tempeſtate delatus ꝑ loca montuoſa
et aſpera tranſitum a barbaris pecunia redemit. Qd cū
ſocij indigne preferrent ac turpe eſſe dicerent ſi popu. ro.
proconſul barbaris tributū ꝑſolueret tempus ſe redimere in
quit quo nihil carius eē conſueuerit magnarū auidiſ rerū
uiris. Sic igitur barbariſ pecunia placatis ī hiberiā tranſit
Suſcipienſ aūt prouinciam multitudine quidē ꝑplorꝫ floren
tem ſꝫ auaritia et ſupbia magiſtratuū male diſpoſitam fa
miliaritate et conuerſatione potenteſ tribunorū releua
tione populoſ in ſuam beniuolentiam conuertit inter cetera gra
tiſſimum prouincię fuit q̄ a receptione militū hoīeſ libe
rauit ī ſuburbanis n. hibernare militeſ iuſſit tabernacu
liſ ſibi pro tempore īſtructis ipſeqꝫ ān omſ ita fecit. Nō tn̄ ad
gratiam prouincialium omīa gerebat. Sꝫ armatiſ quotquot
ī hiberia hitabant romaniſ tormentiſqꝫ omiſ gnīſ machina
tuſ ciuitates ſub imperio continebat humanuſ quid in pace

ꝫ inbellico apparatu terribilis. Vt uō L. Sillam audiuit romã in
greſſum marijꝙ et Carbonis partes deletas eſſe ratus confeſtī
ducem aliquem cum exercitu contra ſe uenturum pyrenei iuga
per Liuium ſalinatorem cū ſex milib militū occupauit. Nec
multo poſt. C. Annius aſilla miſſus aderat. qui cum ī expugna
bilem Salinatorem cerneret ſub ipis montibus cū exercitu
ſub conſedit. Salinatore aūt ꝑ dolum aquodam Colfurnio cognomi
ne lanario interfecto cum Sectoriani milites pyrenei deſeru
iſſent arcem transgreſſus Annius magna manu ꝯ Sectoriū
contendebat. At Sectorius cū nō tantas haberet copias ut An
nio reſiſtē poſſet cum tribus milibus hominū carthaginē nouā
aufugit indeꝙ nauib mare ingreſſus libie apud maurusium
aplicuit hic ſine ſtationibus aquatum egreſſi milites abarbaris
impetu facto multi necantur. Inde rurſus ī hiberiam rediēs
cum repelleretur alittore cylicib paratis ſibi iunctis impe
tuoſam inſulam ſuperato amni pſidio qđ illi pērat deſcendit
Nec multo poſt ipē Anni uenit cum multis nauibus et quinꝙ
milibus militum contra quem Sectorius nauali prelio ꝯ
uis eas naues que nō adpugnam ꝫ aduelocitatem fabrica
te erant pugnarē aggreſſus ſurgente zephiro et pelago
agitante pleriſꝙ Sectorij nauibus oblenitatē tranſūſum
inſcopulū delatis ipē cum paucis terra abhoſtibus mariaūt
uentis cum excluderetur decem continuos dies infeſtis
undis agitatus uix tandem fluctus ſupauit ceſſante uento
ad īſulas quaſdam aquarum expertes delatus ē ex quib
poſtea nauigans gades tranſuectus extremam hiberie
oram tenuit haud multū ſuper betidis fluuij hoſtia qui in
athalanticum īfluens mare nomē circumiacenti hibe
rie tradit. Hoc inloco naute quidam Sectorio obuiam

fuint rir forte redeuntes ex athalanticis insulis quas beatas uocāt
Due quidem he sunt paruo inter se diuise mari decem milib; sta
diorum alibia distant. Imbres illic rari mediocresq; uenti
aut plurimū suaues ac roriferi. solū uō pingue ñ arari modo
plantari ue facile: s; et ex se absq; humano ullo studio fructū
producit dulcē quidem et ociosum multitudinē nutrire
sufficientem aer sincerus ac temperatus et mediocri mutatio
ne p tempora contentus. Nam qui a terra pflant uenti borea
q; et aquilo pp longinquitatem uasta et inania īciden
tes spatia fatigantur et desistunt prius q̄ adeas īsulas
peruenerint. Qui uō a mari pflant argeste et zephiri
raros quidem et intemperatos imbres ex pelago afferunt.
plurima uō p humiditatem aeris refrigerantes cum
summā facilitate nutriunt ut et ap barbaros increbuerit
fides ibi elisos esse campos et beatorum domicilia ab ho
mero decantata. Hec igitur cū audiret Sertorius mira
bilis eū cupido cepit insulas eas adire ī colereq; et illic
quiete uiuere sine magistratib; et bellorū curis: cui aūt
cum intuerentur cilices homines nequaq̄ pacis aut quie
tis s; rapinarum auidi statim ī libiam nauigarunt Scaliū
ī maurisiorum regnum reducturi ñ tamē ob hoc Serto
rius defecit aīo nec quiescendum putauit s; hostib; Asca
lij ferre auxiliū decreuit ut hi qui secum erant ī certa
aliqua spe nouarum rerum continerent. Cupientissi
mus itaq; maurisiis adueniens Ascalium debellauit ob
seditq; adquem liberandum cum pacianus a Silla emis
sus uenisset Sertorius ipsum adgressus pacianū quidē neca
uit exercitum q̄dem ui cepit. tigenna uō opidum in
quo Ascalium et fratres confugerant expugnauit. Ibi

ſepultum eſſe Antheum incole tradunt eiqꝫ monumentū cum ꝓꝑ ma
gnitudinem aſſerentibus barbaris fidem non preſtaret Sertori
profodit repertoqꝫ ibi corpore ſeptuaginta cubitorū obſtupuit
reſtauratoqꝫ tumulo famā eius honoremqꝫ adauxit . fama eſt
apud tigennitas Anthei uxorem tigennā noīe poſt mortem
uiri ab hercule cognitam Sciphatem genuiſſe qui poſtea
illis ī locis regnans urbem de matris noīe condidiſſe dīe
Ex ſciphate natum poſtea Diodorum tradunt cui grecū
habenti exercitum exolimanis micenenſiqꝫ ab hercule in his
regionibus relictis magna ꝑs libie paruit. Hec dicta ſunt
gratia iubę oīum regum in hyſtoria ꝓſtantiſſimi cuius
origo a Diodoro et ſciphate tracta eſſe memoratur. Ser
torius cū omnia uictor ſupaſſet maurisios qui ſeſe illi cre
diderant abſqꝫ ulla fraude urbes et impium et pecunias
reſtituit nec quicq̄ niſi que illi ſponte dabant retinuit.
Inde cū iam de receſſu cogitaret legati luſitanorū uenerunt
rogantes ut imperium eorum acciperet omīo .n. uiro aliquo
rei militaris perito magneqꝫ auctoritatis ob eū qui imminebat
a romanis metū indigentes in Sertorium ꝓꝑ egregiā eius
famā confiſi erant . et .n. Sertorius dicit neqꝫ uoluptate neqꝫ
metu ſuperari facilis fuiſſe fortiſſimus quidem in adūſis
modeſtus uō in ſecundis in ſubitis improuiſiſqꝫ caſibus ita con
ſtans et audax ut oīs ſui temporis duces anteiret In cunc
tis uō que ſiue ingenio ſiue auſu ꝑficiuntur occupation
locorum et ꝑuentione hoſtium celeritate fallaciis cir
cūuentionibus et dolis quotiens expediret profundiſſimi
artifex. In remunerando largus . ī puniendo mitis et cle
mens q̄ q̄ id qđ ad extremum ī obſides hiberorū pegit

atque :

arguere uideatur: ipsum non mitem neque placidum nam sed arte et consilio
temporis causa simulatum fuisse. Mihi uero meram uirtute et ra
tione stabilitam fortuna nunquam incontrarium mutare posse uidetur
bonas tamen uoluntates et non laudabiles nihil prohibet magnis aduersan
tibus contra merita contingentibus immutari: quod equidem Serto
rio euenisse credo rebusque aduersis irritatum contra iniurias mali
gnantium acerbius insaeuisse: sed haec postea. Tunc ergo ex libia in lusita
niam prefectus et dux cum imperio factus prouinciam stabiliuit et hi
beriam proximam eius imperio adiunxit plerisque uoluntarie sese illi
dedentibus maxime propter humanitatem eius et efficaciam in agendo
Sunt quoque ab ipso non nulla altiori fallacia et arte perfecta in quibus
illud precipuum quod ceruam sibi candidi coloris mansuefactam sicut
uocantem exaudiret et uadentem sequeretur: nec strepitum ca
strorum nec militum clamorem formidaret paulatim quod apud bar
baros homines et religioni pronos factura incepit donum id esse
diane sibi transmissum multaque ex occultis per illam edoceri.
Quotiens enim hostes ingressos fines aut urbem aliquam cepisse oc
culte persenserat in somnis sibi dictum a cerua simulabat ut
copias in armis haberet. Rursus uero si uictoria aliqua suorum du
cum deferebatur occultato nuntio ceruam coronabat sibique
ab ea fuisse nuntiatum et ob id diis supplicandum esse dicebat quod
feliciter aliquid gestum audituros per hanc artem illos sibi
magis ac magis parere compellebat ueluti non hominis alienigene
sed dei consiliis ducentur. Et sane huius fame res ab eo geste
attestantur cum duobus enim milibus quos romanos apellabat sep
tingentis afris admixtis in lusitaniam uenerat. Ibi ad has copias
quatuor milibus lusitanorum peditum et septingentis equitibus adiunctis
aduersus quatuor duces romanorum bellum gessit sub quibus erant

peditum milia centum viginti equitum septem milia sagiptari
orum et funditorum duo milia urbes innumerabiles cum ipse nisi
viginti urbes in sua ditione ab initio haberet tamen cum hac tanta copia
rum tenuitate non solum urbes multas et gentes magnas sub
egit sed et missos contra eum a romanis duces Cotta quidem apud
mallariam navali proelio superavit. Fidium vero pretorem hiberi
profligavit interfectis in ea pugna duo milia ro. Domitium proco
sulem Toranium a metello missum cum toto exercitu
delevit. Ipsum quoque metellum virum sue etatis amplissimum in
tantam compulit necessitatem ut L. gellius ex provincia narbo
nensi sibi auxilium ferre rogaretur et pompeius magnus ex
urbe cum summa festinatione mitteretur ut Sertorio resiste
ret. Neque enim habebat metellus quo se verteret contra hominem infeste
audacie et non iusta acie sed tumultuariis certaminibus et va
riis semper artibus insultantem expedito ac levi exercitu ipse
stabili ac pedestri assuefactus pugne et cum eo exercitu qui ma
nus conserere et robore decertare egregie doctus erat.
Ceterum montes scandere et sese subtrahere ad persequutiones fu
gasque incessabiles et difficultates in eiusmodi inquietudinis qui tol
lerare instare Sertorianorum militum nequaquam potens. Accre
debat ad hoc quod metellus ipse iam grandior natu ex multis ma
gnificis rebus antea gestis ad quietam et voluptuosam vitam
declinabat. Congrediebatur autem cum Sertorio recentis spiri
tus viro cui corpus mirabiliter dispositum erat ad robur
ac celeritatem et laborum tollerantiam. Vino enim nec cum qui
etem ageret indulgebat ad difficultates maximas ad longas
itinerationes ad continuas vigilias ad venationes per aspera
queque atque invia assuefactus ex quibuscumque locis invadendi eva
dendique peritiam habebat. Ex quo fiebat ut metellus facultate

pugnandi nõ prestita om̃ia que uictis euenire solet pateret. hic aut̃
pugnam detrectando superaret. Neq̃ .n. aquatum neq̃ pabula
tum exeundi facultatem inimicis prestabat. mouere castra
prohibebat. castra metatos uexabat. Et si quã urbem obsidere per
gerent ipse superueniens obsidentes obsidebat ut uicti tedio qui cũ
metello erant quo se uerterent aut ubi consisterent nescientes
clamarent ut metellus ipse singulari certamine cũ Sertorio
eũ namq̃ Sertorius prouocauerat dimicaret dux cum duce et
romanũ cũ romano. detrectantem uõ pugnam metellũ ut
ignauũ spernebantur. Sed ipse metellus hec dicente irritatorẽ cõ
tennebat ducem .n. inquit theofrastus nõ militis sed ducis obire
mortem decet. Cũ uõ animaduertisset metellus lagobritas qui
nõ paruã operam Sertorio afferebant siti faciliter expugna
ri posse: Unũ .n. duntaxat puteum in ea urbem habebant sub
urbanis uõ et circa menianis obsessor aquas poterat auferre
aggrediebatur urbem ea spe ut duorum spatio dierũ abla
tis aquis ea potiretur. Itaq̃ militibus ex edixerat ut quinq̃ dierũ
cibaria secum deferrent. At Sertorius celeriter cognita
re auxiliatus duo milia utrium impleri aqua iubet pollicetur que
pro quoq̃ utre certo argenti pondere. multis ex hibericis multis
ex maurisiis negotium suscipientibus delectis uiris robustis
ac uelocibus mandat ut cum aquam inferant tũ inutilem bello
turbam ut citius potus sufficiat reliquis educant. Et cũ in
tellexisset metellus etiam deerrat cibaria Aquilium cũ sex
milibus militũ frumentatũ mittit. huic uõ Sertorius insidias
tendit in eumq̃ redeuntem tria milia militũ a tergo ex qua
dam ualle excitat ipse a fronte obuiam factus uertit Aqui

lium profligat. Ex militibus qui cum Aquilio erant partim capti sunt
partim necati. Aquilius ipse amisso equo solus aufugit. Quo facto
confestim obsidionem relinquere metellus ac turpiter nimium a Ser
torianis derisus abire coactus est. Sertorius cum huiusmodi opera
plurimum a barbaris amabatur tum et quod romanis armaturis
ordinibusque et signis feritatem ipsorum auferens pro copia
torum manu ingentem exercitum effecerat insuper argento
et auro liberaliter usus galeas militum clipeosque ornabat
docebat ut clamidibus pictis floribusque uterentur. Ad hos donans
et prouocans homines sibi beniuolos faciebat maxime. At beniuole
ntiam comparauit ex his que circa puerorum erudicione machi
natus est. Nobilissimis siquidem adolescentibus in Oscam urbem conuo
catis preceptores ei tradidit grecarum simul et latinarum
litterarum per quem modum re quidem uera obsides habebat specie
aut erudiebat quasi cum uiri forent in partem administrationis
et imperii eos subsceptururus. At patres eorum uehementer gau
debant cernebant filios pretextatos honestissime ad magistratus
euntes et Sertorium pro eis salaria pendentem ac saepe ipsos
examinantem premia doctoribus tribuentem bullasque aureas
donantem quanta non beniuolentia prouinciales circa Sertorium
affecti essent uel ex illo intelligi potest quod cum mos esset hiberis ut qui
duci se donauerant una cum illo morerentur atque ob eam causam
ceteris quidem ducibus pauci admodum amici adesse consuesset
Sertorium multa hominum milia sequebantur. et dicitur iuxta
quandam urbem superantibus hostibus sese neglexisse hiberos ut Ser
torium protegerent nec prius de salute propria cogitasse quam Ser
torium humeris asportatum in tuto posuissent. Nec solum hibe
ris uerum et italis carus erat Sertorius. M. perpennaque eius-

dem factionis hominem cum multis pecuniis et magnis copiis in Hibe-
riam profectum et ipse ipsum adversus Metellum seorsum bel-
ligerare cupientem graviter ferebant milites plurimusque
sermo apud eos de Sertorio erat ita ut Perpennam nobilitate
generis et divitiis tumentem perurgeret. Cum ergo nuntiatum
esset Pompeium montes Pyreneos transcendere Perpenne milites
raptis magno clamore signis postulare ceperunt ut ad Serto-
rium ducerentur et inde eos duceret Perpenna se relictu-
ros eum testabantur iturosque ad virum qui se ipsum et eos ser-
vare posset. Qua necessitate adductus Perpenna copias suas
tres scilicet supra quinquaginta cohortes habebat Sertorio coniun-
xit. Sertorius autem omnibus trans Hiberum amnem ad eum concurren-
tibus multitudine quidem abundabat. Nam confluebat ad eum undi-
que sed erat barbara turba que feritate et superbia cuncta turba-
ret nec expectaret iussum ducis sed sua temeritate in hostes fer-
retur. Primum igitur Sertorius monitionibus et verbis inhibere conatus
est. Deinde ut vidit eos nihilominus properantes sic eos obicere
hosti ut non omnino frangerentur sed plagas acciperet multas
sperans per hoc ipsos de reliquo mansuetioribus usuros. Gesta itaque
re ut ipse cogitaverat succurrit in tempore et fugientes suscepit
pit reduxitque in castra ac post paucos dies ut mentes eorum
erigeret consolareturque advocata totius exercitus contione
duos equos adduci iussit alterum macie senioque confertum
album fortem et nitidum caudamque habentem magnam. Ad-
stabat autem iuxta gracilem illum vir magnus et robustus iuxta
nitidum et fortem vir parvus et imbecillis. Dato autem signo
vir ille magnus ut ei preceptum erat caudam gracilis

equi ambabus manibus captam euellere setas omnes uno impetu
adnixus est. paruus contra uir nitidi equi paulatim depilabat
tandem uero ubi ille frustra simul totam caudam detrahens
sibi quidem molestias, caris circumstantibus uero risum prebens
defessus est. at ille paruus euellendo paulatim setas caudam for
tis equi spatio breui nudauit. tunc assurgens Sertorius uide
tis inquit commilitones ingenium plus posse quam uires. multa enim
que uno impetu superari non possunt paulatim superantur. Omnia
namque uincit studiosa sedulitas nec est ulla tam magna poten
tia quam non exsuperet tempus fidele auxilium eorum qui
aptitudinem diligunt. Intempestiue autem properantibus inimicissi
simum. Hec Sertorius ad consolationem simul disciplinam
barbarorum de tempore disserebat. Non parue admirationi
nisi inter cetera eius egregia rei militaris opera illud habitum
est quod in caracitanos gessit: ea est gens super tagenium amnem
non oppida nec uicos habens sed montem iuste magnitudinis an
traque et concauitates ad boream uersas. ceterum omne circa
solum argilla continet et terram facile ab estu putrescen
tem puluerulentamque neque superincedentes substinere idonea
et modice contacta uelut cinis diffunditur. In eas spelun
cas barbari quotiens belli terror imminet confugere suaque
asportantes secure degere consueuerant quod nulla uis nocere
eis posset. Euenit igitur Sertorium per id tempus a Me
tello pulsum haud procul ab eo monte castra haberet
quem cum barbari uelut uictum contempnerent siue ob
iram siue ne fugere uideretur prima luce obequitans

situm namque loci contemplabatur qui cum nullum penitus aditum haberet uanique omnes essent conatus cernit ex solo magnam uim pulueris in eos deferri etenim speluncę ut diximus ad boream conuersę sunt et uentus ab arctho ueniens quem ceciam uocant maxime contra eos perflat. Tunc igitur licet ęstas foret uehemens et ex arthoe glaciei liquefactione nutritus dulcissime flabat ipsos et pecora per dies refrigerans. Hac igitur re animaduersa Sertorius iubet milites puluerulentam ac cinerosam terram confodere et contra ipsum montem cumulum agere quem barbari putantes ad expugnationem sui aggerem fieri ab initio deriserunt. Sertorius cum usque ad noctem milites in opere habuisset eos in castra reduxit postridie prima luce aura leuis perflare cepit et subtilissimum puluerem deferre deinde ualido flante uento milites aggerem quatere ac nonnulli cum equis ingressis perequitare ut puluis altius insurgeret ceperunt. quicquid insurgebat pulueris uentus accipiens in barbarorum habitacula deferebat que cum ad eam partem duntaxat qua uentus flabat aperta essent subito oculi subito fauces replete spiritusque perclusi sunt. Itaque uix duas dies tollerantes tertia die sese Sertorio dediderunt non tamen incomoditatis quantum glorie consequuto quod ea que armis superari non possent ingenio confecissent. Quamdiu Sertorius aduersus metellum bellum gessit ob senectutem potius et innatam metelli tarditatem superior esse existimabatur. Sed cum iam aduersus pompeium montes pyreneos transgressum decertaret. positis quoque uix castris omnem rei militaris experientiam inferendo repellendoque pericula ostenderet ac et aduersus pompeium superior esset tunc maxime fama Sertorii claruit Ut et romę opinio esset cunctos eius ętatis duces in bello gerendo Sertorium antecellere. Neque enim tunc parua erat pompei fama

ꝫ maxime floruerat ob res sub L. Silla ab eo gestas ob quas et magnũ
meruerat appellari et per quas nõ dũ pubes triumphauerat. Unde
primo eius aduentu multe ciuitates que antea in partibus Sertoria
nis erant ĩ pompeium conuerse defectionis impetum fecerant
quarũ tamẽ consilia repressit id qd preter oĩum spem circa
Lauronem opidum euenerat Sertorio nãq eos obsidente ad
cessit pompeius cum omnibus copiis auxiliũ his qui obsidebantur
laturus. ibi cum Sertorius oportunum adusus urbem tu
multum occupare uellet et pompeius prohibẽ niteretur at perue
niens Sertorius ĩ eum locum milites deduxisset pompeius
facultatem sibi prestitam rei bñ gerende ĩ hostem medium
int urbem sociorum ac sua castra ĩ clusum constrĩ posse ra
tus letitiam suscepit: opidanisq p nuntium edixit ut bona
spem hrẽnt intuerenturq pro menibus sedentem circum Ser
torium nõ obsidentẽ ꝫ obsessum. At Sertorius hec audiens
risit et Sille discipulo sic. n. pompeium uocitabat se ostensurũ inqt
oportẽ ducẽ post tga magis qm ante se prospicere his simul dictis sex mi
lia militũ in priinus castris unde p refertus ad occupationem tumuli
processerat a se relictos ostendit ut pompei si se aggrederent terga
inuaderent: quos cũ pompeius uidisset nihil ẽ ausus attentare
ne circumueniretur formidans. Sꝫ cũ erubesceret socios ĩ periculo
constitutos deserere prius eorum euersionem aspicere coactus est.
Opidani. n. amissa spe dediderunt Sertorio qui eis quid peper
cit et omnes dimisit. urbem aũt incendit nõ ira neq crudeli
tate minime. n. oĩum ducũ hic ire ĩ dulgebat uir: ꝫ dolore
et uerecundia eorum qui pompeium admirabantur ut uul
garetur ĩt barbaros qd prius pompeius et qui ad incendium
socie urbis calefactus auxiliũ ferre nequiuisset amicis.

in uictoriis quas hostes Sertorii habuerant semper euenit ut Sertorius
ipse inuictus esset: eosque qui iuxta se erant incolumes seruaret. In
staurationes uero ac remedia sua magis claram uirtutem eius in rebus aduer-
sis faciebant: ueluti in ea pugna que apud Suronem contra pompe-
ium commissa est: et rursus in ea que apud Tutiam aduersus
metellum et pompeium simul. Dicitur autem in illa pugna que
apud Suronem fuit pompeius manus conserere properasse ne
metellus particeps uictorie foret. et ipse quidem Sertorius cupie-
bat antequam metellus coniungeretur contra pompeium dimicare. sed tamen
instructa acie inclinato iam sole praelium cepit ratus aduenis et lo-
corum inscijs hostibus tenebras et ad fugam et ad insectationem
impedimento futuras. At forte euenit ut contra eam partem qua Sertori-
erat non pompeius sed afranius pugnaret. Nam pompeius dextr-
um cornu: afranius sinistrum gerebat. Cum uero audiret Serto-
rius suos qui contra pompeium stabant sustinere pompei impetum non
posse celerius accurrit ac suis in ordinem reductis pompeianos
uictoria exultantes inuasit fugauitque ita ut pompeius ipse pene
interficeretur: prostratusque ex equo et uulneratus nulla alia de causa
euasit quam quia milites Sertoriani capto pompei equo aureis falleris
magnificentissime et pretiosissime ornato dum simul de preda
contendunt pompeius ipse interlapsus aufugit Afranius uero qui in
alio erat cornu ut Sertorius abiit aduersarios superauit et usque ad
castra persecutus diripiebat. Non enim sciebat pompei fugam nec mili-
tes a rapina continere poterat. Interhec Sertorius uictor redibat et
contra Afranium impetu facto milites eius uarie dispersos occi-
dit superatque. Deinde cum sentiret metellum cum alio exercitu
aduentare prelium dissoluit: reuocansque suos. At ego inquit pu-
erum hunc nisi uenisset anus illa castigatum uerberibus domum

remisissem. per id tempus cerua illa de qua supra diximus rursus apparen
te grauiter angebatur Sertorius siquidem ad continendos in fide bar
baros plurimum ualebat tunc maxime consolatione aliqua indigentes
sed paulo post inuentam a quibusdam per noctem et colore cognita ad Serto
rium reducta est. Sertorius illis nuntiis dicentes magnam pecuniam polli
citus ceruam in secreto loco continuit ac post paucos dies processit
facie ad tribunal exhilarata fronte quasi aliquid faustum habere is quod in som
nium uidisset nuntiaturus cum suggestum ascendisset cerua a
custodibus ut mandatum erat dimissa cursim ad suggestum
ubi namque Sertorium aspexerat se contulit. caput que inter
genua eius submisit: oreque illius dextram attigit consueta et
prius hoc idem agere cum cum blandiretur Sertorius in lachrimaret
primum admiratio hinc milites deinde plausu et gratulatione ut diuinum
et celestibus amicum hominem Sertorium laudauerunt. Ipsi autem in letitia
ac bona spe erant in agro Saguntino in extremas necessitates com
pulsis hostibus tandem ad pugnam decernendam coactus est. Dum secum me
tatum iret prosperentur pugnatum est egregie ab utraque: quo in pre
lio m. Amnius uir omnium qui apud pompeium erant prestantissimus inter
fectus est. Uincit autem Sertorius et multa hominum strage usque ad
metellum peruenit hic dum metellus supra etatem uiriliter resistit pugnat
que pilo percutitur quod et qui uiderat et qui audierat ex roma
nis grauiter ferentes ac turpe rati ducem suum deserere conuersi
per iram metellum protexerunt magnaque ui adnixi Serto
rianos in fugam uertunt. facta itaque diuisione uictorie Sertorius
in urbem montuosam tc se recepit portasque obstrusa se ad ob
sidendum prebuit callido consilio ut romani circa oppidum inte
ti et potiri posse confisi cetera negligerent nec restaurare

copias prohiberent aut uictos prosequi curarent · miserat .n. Sertorii
duces ad eas ciuitates que sibi parebant pro delectu habendo
dederatq; illis ī mandatis ut cū satis copiarum congregassent
sertorem ipm facerēt : qđ cum esset factum absq; ulla difficul-
tate ex obsessa urbe aufugiens se suis coniūxit rursusq; cū magna
manu profectus mari et t͞ra hostem uexabat terra qđem
insidiis circuitionib; et omnium locorū tentationib; ī mpulsis. ma
ri aūt predatoria classe sic littora īfestans ut deficiente cōme
atu duces sese disiungē͂ ac alter in galliam transire circa uacce-
os hiemare cū sūma penuria cogeretur. Unde et ad senatū
scripsit pompeius nisi pecunie sibi mitterentur milites ep͞rouintia
deducturum se iā dum italiam protegit suū patrimoniū cōsūp-
sisse : fuitq; rome opinio Sertoriū prius q̄ pompeium ī italiā rediturum
rum inta præstantissimos belli ciues Sertorij astus perfregerat.
Ostendit aūt metellus q̄ti Sertorium faceret nam publice pre
mia statuit siquis eum necaret centum argenti talenta et duo
milia agri iugera ac si exul foret reductionem et ueniā admi-
xus patronibus prosequi qđ bello nō potat. Insuper cū aliqn̄ aduer
sus Sertorium superior ī pugna fuisset sic gloriatus est sic se ipm
extulit ut ī imp͞atorem appellari et festis ac sacrificiis a ciuitatib;
recipi se substinuerit serta capiti imposuisse et conuiuia in ueste
triumphali egisse dicitur. Uictorie insuper trophea aurea et cori
puerorum ac mulierū eius laudes cantantium obuiabant pro
quibus sane ridiculus erat metellus si eum quem fugitiuū sille
et reliquias carboniane fuge nūcupabat sic gloriabatur uicisse
magnanimitas uō Sertorij illud fuit qđ pulsos ex urbe senatorios
qui penes eum degebant senatum nūcupabat ducesq; et questores
ex eis deligebat et patriis legibus cuncta administrabat. Dein

q armis pecuniis et urbibus hiberorum utens nullā eis potestatē
concedebat ꝫ pretores et magistratus oīs creabat qui non hibe
ros contra po. ro. augeret ꝫ libertatem po. ro. afferē uellet. et
n. erat Sertorius patrię amator affectusq humanę ad reditū
Sz ī aduersis durisq temporibus fortem se prestabat. In uictoriis
aūt ad metellum pompeiumq mittebat se paratum offerens se po
sitis armis puatum in urbem redire uelle si sibi pmitteretur. mal
le. n. se romę ignobilissimū ciuem q exulem omnium aliarum
ciuitatum impatorem nūcupari. Dicitur aūt nō minimū cu
piuisse reditum suū q ob amorem matris sub qua orphanus e
ducatus mirabiliter erga illā affectus erat: cui postea audita
morte paulo abfuit quin merore interiret. Septem namq
continuis diebus nec tesseram dedit nec ab amicorum copia
conspectus est uix tandem aduenientib his qui ordinem ducebāt
suaderi potuit sibi ut exiret ac se militibus ostenderet et ī re-
bus que feliciter procedebant uti uellet. ob que multis uisus est
uir natura mitis et ad quietem aptus ac preter uoluntatem
coactus se bellis et imperiis admisceri et cum secure uiuere
sibi non liceret ꝫ aduersariis compelleretur ī arma necessaria
ī corporis tutelam diuertisse. Declarat et magnanimitatē
eius res cum mitridate geste. Nam cum mitridates ex sillano
conflictu ueluti ad secundam luctationē assurgens asiam īuasis
set et magna sertorii fama iam cuncta penetrante rumo
ribusq de eo ab experia ī pontum pernauigantes delatis omnia
complerentur cupido cepit mitridatem legatos ad Serto
rium mittē maxime ab adulatoribus incitatus qui Serto
rium hannibali et mitridatem pyrro comparantes nega

bant populū ro· contra tam ſublimia ingenia tantaſq; poten
tiaſ bifariam īuadenteſ reſiſtē poſſe peritiſſimo rei milita
riſ duce cum maximo rege coniūcto· Miſit igit᷒ mitrida
teſ legatoſ in hyberiam litteraſ Sertorio et mandata por
tanteſ per que offerebat ſe pecuniaſ et naueſ Sertorio datu
rum· petebat uō ut aſia prouincia ſibi concederetur· Aduoca
to itaq; conſilio quem ſenatum appellabat· Sertoriuſ cum
de hac re ad eos referret conſentibus cunctis oblationeſ re
giaſ leto aīo recipiendas eſſe titulum uō inanem eorū que
in ſua poteſtate non forent p̄uīs quorū plurimū indigebat
concedendum· Non tulit Sertorius ſ; bitiniā inquit et capa
dociam occupanti mitridati nō inuidē gentes parē aſſuetas
nec quicq̄ pertinentes ad imperium po· ro· uiſe paratam eſſe
occuparit et dū ea teneret a fimbria depulſus ſit et in
fedēre qd cum Silla icerit illam dimiſerit· Nam inquit
nō ſe laturum ut iterum uſurpet· Et .n. ſuis uictoriiſ rem
romanā augeri debere nō aūt ipsiū diminutionē romane ge
ne coſo qdem hōi cum honeſtate uincē optandum eſſe· cū turpi
tudine uō nec ſalutem queri· Hec mitridati renūptiata plu-
rimū terruerunt et dicitur dixiſſe ad amicoſ quid cenſe
ret Sertorius ſi romę in palatio ſederet qui nūc in athlan
ticum depulſus mare t̄minos regno nrō imponit et īminē
tibus aſię bellū minitatur· Inita ē tamē inter eos confede
ratio ut mitridateſ capadociam et bithyniā hr̄et: utq; Serto
riuſ ducē ſibi et duces tranſmitteret· Ipē aūt Sertorio naueſ
·xl· et tria milia talenta preberet et miſit quid Sertoriū

in asiam m. marium pretorem virum senatorii ordinis
et ipsum exulantē quem vrbes quasdam asię intrantē cum
fascibus et securibus ipse mitridates sequebatur illū tanq̄
maioris potestatis summittens ab eo pretore quedam ciuita
tes liberatę sunt tributa remissa Sertorii gratia quę res
asiam superbia et auaritia publicanorū diutum vexatā
ad spem nouarū rerum et Sertorii desiderii erexit. In hy
beria vero amplissime dignitatis hoīes qui cum Sertorio erāt
ut primum res magna effluxit metusq3 abscessit inuidia
aduersus illum percurrere cepit cupidoq3 magna inuasit
aīos aū omīs. m. perpenna nobilitate familię et ingenii
vanitate principatum affectans sermones haud q̄q̄ sanos
inter amicos diffudit. Quis nā inquit demū improbus de ma
lo in peius nos continuo infert totius simul orbi dominati
sillę parere domi manentes putauimus. huc aut profecti vo
luntarie secuimus et Sertorii exilium tanq̄ satellites custo
dimus decusi ab hominib3 ob inane senatus nomen iniq̄ mā
datis Sertorii non minus paremus q̄ hyberii aut lusitani
His et huiusmōi vbis concitati quidam Sertorio infensi e
rant nō tū aperte nā formidabant eius potentiā: s3 clā res
corrumpebant et subditos p acerbitatem punitionū et tri
butorum onera q̄ Sertorius iubente ad defectione con
citabant. Ex quib3 reb3 ciuitates quedā a Sertorio desciue
rant et turbis quibusdā exortis q̄ ad eas sedandas compme
dasq3 mittebantur fomenta discordiarū exaugēdo multis
bellis et seditionibus regionib3 implicuerūt effecerūtq3 ut

indies minus Sertorio pareret. Ex hoc itaque indignatio ex priori humani
tate Sertorium contra pueros hibericorum qui in obsidia erant veri
tavit ut alios necaret. alios venderet. perpenna vero cum multos
sibi asciuisset Mallium quendam ex sertorianis ducibus ad hoc se
adiungit. Hic tum forte adolescenti cuidam amore detinebatur. hec
omnia pandit et hac spe elatus ceteris amatoribus obmissis sibi uni
se adicere hortatur maximam confestim potentiam habituro
Adolescens cuidam amatori item aufidio qui sibi gratior erat hec
aperuit quem cum audisset Aufidius obstupuit nam et ipse unus
ex coniuratis erat ignorabat tamen mallium ista sentire. per
penna vero et quosdam alios de quibus sibi notum erat nominan
te adolescente conturbatus sermonem obrupit et in senatum
iuit contempnendum quem mallium dixit qui ita vanas fictiones indu
cat ipse autem ad perpennam profectus rem prout audierat et qua
celeritate opus foret exposuit. rem igitur conficiendam ag
gressi nuptium induxerunt victoriam quandam uni ex Serto
rianis ducibus et cedem magnam significantem. Ad quem exhilara
tus Sertorius cum immolasset perpennam ipsum et alios qui ade
rant. hi erant omnes coniurati ad cenam invitat exortatque
Mos erat Sertorio in conviviis plurimam semper honestatem
decoremque servare: nec videre quicquam turpe nec audire
substinebat docueratque omnes suos ab omni maledicto ac iur
gio abstinere: sed placide et modeste ioco uti tum igitur in medio
convivii circa initium querentes aperte verba turpia flagi
tiosaque iactabant et ficta ebrietate multa scelesta agebant
ut Sertorium provocarent. Sertorius vero sive quod graviter
ferebat in concinnitatem eorum sive quod ipsorum mentes

extrarchitate loquendi et inconsueto contemptu aiadduteret mu-
tato discumbendi modo se supinum deponeret quasi nec videre quicquam
quod vellet non audire. perpenna vero fialam meri in medium pro-
iciente et strepitu inde facto quod erat signum coniurationis datum
Antonius qui super discumbebat gladio Sectorium percutit. conversus
vero ad plagam et insurgere conantis impetus erat manusque am-
bas capit ne resistere valeret per huiusmodi amicis perfossus occi-
Mors Sectorij ditur. Maxima hiberorum pars metello et pompeio post mortem
Sectorij sese tradidit eos qui manserunt perpenna sustentans
adversus inimicos bellum gerere adortus est in quo statim sui
experientiam dedit ut neque parendi nec adimperan-
dum apti. Nam fretus Sectorij apparatibus adversus pompe-
ium brevi superatus fuit et captus non ultimam quidem fortunam
ingenue tulit: sed cum haberet Sectorij litteras pompeio pro-
misit virorum consularium et qui rome plurimum poterant
epistolas propria manu scriptas per quas cupidi novarum rerum
Sectorium in italiam vocabant se ostensurum. Sed pompeius
non ut iuvenis sed ut gravis et prudentis animi eas quidem
litteras nec legere ipse voluit nec aliquos ut legerent permisit
sed ipsas omnes in unum collectas igne cremavit. Quo et se fac-
tum multos cives periculo et magnis novitatibus periculum libera-
vit. perpennam vero statim occidit veritus ne vulgatis quorun-
dam nominibus turbationes et scandala orirentur. Reliquorum
vero qui Sectorianae necis conscij fuerant alij ad pompeium
deducti mactati sunt alij in libiam profecti a maurusiis inter-
fecti fuerunt. Nec quisquam eorum evasit preter unum Aufidium ma-
lij rivalem. hic enim sive latens sive neglectus in quadam

BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE FIRENZE MSS

barbarorum ulla inopſ inuerſus ꝑ conſenuit. 2

cc. 145 numerate per 149 con omissione
dei nn. 117-120.
20. VII. 1965 MAB

icente et strepitu inde facto qū ...

Antoni⁹ qui super discumbebat gladio Sectoriū ꝑcutit. conuísi
uō adplagam et ī surgēr conantis impetus erut manusqꝫ am
bas capit ne resistēr ualeret ꝑ hūr moum amtris ꝑfosus occi
ditur. Maxima ꝑ ibericꝫ ps metello et pompeio post morte
Sectorij sese tradidit eos qui manserunt perpenna susci
ens adūsus inimicos bellum gerēr adortus ē inquo statī sui

Mors Sectorij

experientiam dedit ut iuri nec adparendū nec adimpan
dum apti. Nam fretus Sectorij apparatibus adūsus pompe
ium breui supatus fuit et captus n̄ ultima quidē fortunā
ingenue tulit: sꝫ cū haberet Sectorij litteras pompeio pro
misit uirorū consularium et qui rome plurimū potant
epistolas ꝓpa manu sciptas ꝑ quas cupidi nouarū rerū
Sectorium initaliam uocabant se ostensurū. Sꝫ pompei
nō ut iuuenis sꝫ ut grauis et prudentis animi eas quidē
litteras ne legēr ipse uoluit n̄ aliquē ut legerent permisit
sꝫ ipas omēs inunū collectas igne cremauit. Q d eis far
tum multos ciues ꝑiculo et magnis nouitatibꝫ periam libera
uit. perpennā uō statim occidit ueritus ne uulgatis ꝗrū
dam nomī turbationes et scandala orerentur. Reliquorꝫ
uō qui Sectoriane neeis conscij fuerant alij adpompeium
deducti mactati sunt. alij inlibiam proferti amauracijs int
ferti fuerūt. Nec quisqꝫ eorum euasit pret unū Aufidiū ma
lij riualem. hic .n. siue latens siue neglectus inquadam

BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE FIRENZE MSS

cc. 145 numerate per 149 con omissione
dei nn. 117-120.
20. VII. 1965 MAB

... hereditate bernardi de medicis

Theſprotis et moloſſis poſt diluuium phentonta primum impera ſſe tradunt unum ex hiſ qui pelaſgo in epyrum tranſierant. Alij uero deucalionem et pyrrham ad dodonem profectoſ in moloſſis reſediſ ſe putant. Sequenti uero tempore Neoptholomus achillis filius in ea loca populo deducto regionem tenuit: ac ſubceſſores reliquit reges pyrrhidas ab eo cognominatoſ. Nam et ſibi et pyrrho fuit puerile cognomen: et unum ex legip timus filius ex lanaxa cleodey ſuſceptis pyrrum nominauit. Ex hoc autem achilleſ in epyro ut deus colitur: lingua eorum aſpetus nuncupatus. Sed qui medii uſque ad tarcitam reges fuerunt nec ſatis noti ſunt et barbaris effrenatos moribus fuiſſe tradunt. Tharcitam uero primum ſcribunt grecis moribus lit teriſque et humanis legibus ciuitateſ compoſuiſſe atque exinde claritatem tharcita filiuſ fuit alcethas. Alcethe Arimbaſ. Arimbe et troadis Eacideſ. hic phitiam Memnonis theſſali filiam uiri circa lybiacum bellum clari et ſu mi omnium ſociorum poſt leuſtene auctoritatis uxorem accepit. Ex qua Deidamiam et troadas filias ac pyrrum procreauit. Seditione uero exorta eacideque exacto cum moloſſi neoptholomi filioſ reduxiſſent eacidi amiceſ interfecti ſunt quotquot remanſerant. pyrrhum autem infantem adhuc ab ini micis queſitum Androclideſ et Angelus clam ſubtractum aſportauerunt paucos ſeruos et nutricem pueri ſecum trahenteſ. Cumque fuga ob huiuſmodi turbam que neceſſario trahebatur laborioſa ac tarda foret: hoſteſque adue tarent: puerum Androcleo et hyppio et neandro adoleſcentibus fidis et ro buſtis tradiderunt iubentes ut in megaram locum macedonie propera rent. Ipſi autem partim repugnando partim rogando uſque ad ueſperam perſeque teſ remorati ſunt. Deinde celeriter ueſtigia eorum qui pyrrum ferebant proſe quuti cum prope iam putarent omne periculum euaſiſſe ſubito impedimentum ob iectum eſt. Fluuij qui iuxta urbem ... nantibuſ aſperi omnino et inſuperabi...

BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE FIRENZE MSS